

Disputat:  
1711

IX. B. 101.

55.

~~L. 3~~ ~~X~~  
~~XXVIII. 9. ∞~~

2

1

16

Deo Moderante Triuno.  
DISPUTATIO INAUGURALIS  
DE  
**SEPARATIONE  
BONORUM**

*Ex Tit. ff. de Separ. bon. L. 5. ff. de tribut. act. L. 2. C. de bon.  
autor. jud. possid. L. fin. C. de jure delib. Can. charitatem 12. quest. 2.  
& cap. qui potior. de R. J. in 6.*

Quam

Autoritate Venerandi Jctorum Ordinis  
in Electorali Viadrinâ

&

Patrocinio

*Viri Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi & Excellentissimi*

**DN. JOACHIMI DECHERI,**

Jcti celeberrimi, Cod. Justin. Professoris Publ. & prælau-  
datae Facultatis juridicæ p. t. Decani spectatissimi, Patroni & Præ-  
ceptoris sui nullo non tempore suspiciendi

*Pro summis, in utroq; Jure capeffendis honoribus  
ac Privilegiis Doctoralibus*

Publicæ censuræ exponit

**DAVID MÜLLER,**

Wihâ-Thuringus

Ad d. XVII. Junij in Auditorio Juridico  
horis ante- & pomeridianis.

---

Typis JOHANNIS ERNESTI, Acad. Typogr.  
Anno clc lcc LIX.

DE MODO...  
DISPUTATIO...  
DE

SEPARATIONE  
BONORUM

...  
...  
...

...  
...

DAVID...  
DE...

...  
...

...  
...

DAVID...  
DE...

...  
...

...  
...



J. N. SS. T.

**P**Rælationis materiã concurrentibus Creditoribus non dari difficiliorem, innumeri ferè Pandectarum & Codicis nostri arguunt textus, Statuta provincialia & localia, juri illi communi nonnihil derogantia; In Electoratu præprimis Saxonico evincit Constitutionum Augustearum *XXIIX. p. 1.* in Ordinatione verò *Processus tituli decem, à XL. puta ad L. inclusivè,* quæ res JCtos etiam consummatissimos, ipsis non diffidentibus mirè exercuit, testibus ipsorum scriptis ut doctissimis ita utilissimis, quæis novissimè accessit Don Francisco Salgado de Somoza JCti Hispani tractatus sub inscriptione *Labyrinthi Creditorum,* non inscitè sic dicti propter anfractus tortuosos & flexus sinuosos, quibus & creditores concurrentes & Judex loca ipsis adsignaturus sua, detinentur;

— — Verum si *laberis intus,*

Non *Labyrinthus* erit, sed *labor intus* erit,

Prout inscriptionem hanc facietenus horribilem alludendo mitigare studet Martinus de Bonilla *in præfat. ejusd. tractatus.* Laborem hunc & difficultatē superat nonnihil hujus litigii frequentia, ex devastationibus agrorum, depre-  
tiatione rerum, contributionumq; mole contingens, qua de conquestus est suo tempore Dan. Mollerus *in Comment. suo insigni ad Constit. Elect. Sax. 28. n. 1. p. 1.* nec non Ventura de Valentis, Georg. Valentinus Winther alias dictus, *in parthen. litig. 1. c. 13. n. 15.* In Curis hac litigia tam familiaria esse quàm in prandio obsonium, scribentes, quæ non deminuuntur, sed, teste experienciã, indies augentur, ita ut inter tot Actorum volumina dimidietas eorundem ab ejusmodi concursibus Creditorum absolvatur. Renunciatione hereditatis jam factã, Curatore bonis

constitutō, concursuq; , ut loqvuntur, formatō, quā an-  
xii, bone Deus, sunt Advocati pro obtinenda suis Clie-  
ntibus prioritate, inter quos cristas erigere videas hypo-  
thecā vel alio prælationis jure munitos, cæterorum cre-  
ditis necem minitantes, manibus ipsorum more Ismaë-  
lis contra alios, & aliorum contra ipsos directis. Id  
quod non rarò, si non semper, contingit, per aditionem  
heredis duorum patrimonii confusis & quasi coale-  
scentibus, ubi Creditores chirographarii vel personali-  
ter saltem privilegiati, binis hereditatibus scil. pro di-  
missione omnium non solvendo existentibus, plerumq;  
tristes & vacui, à vacuo licèt ipsa abhorreat natura, di-  
mittuntur. Qui tamen rursus eriguntur, frigidā ipsis  
quasi affusā, beneficio SEPARATIONIS, bonorum de-  
functi scil. & heredis, quo regulariter prospectum est  
creditoribus saltem hereditariis, non heredis, quod re-  
medium ab aliquibus vel ignoratur vel negligitur, quæ-  
situm causā jamdum vulneratā vel re non amplius in-  
tegrā. Cum itaq; Thema hoc Encomiastā non indigeat,  
sed seipsum tum utilitate tum frequentia, in Electoratu  
præprimis hoc Brandeburgico commendat, divortium  
facimus à vetustioribus nonnullis Legistis, quæis nil nisi  
rarum probatur, quotidianum verò superciliosè fastidi-  
tur, admirantibus saltem quæstiunculas à sola subtili spe-  
culatione commendatas: Apes an sint aves: Psittacus  
an possit stipulari: Anseres Capitolini an jure potuerint  
testari militari: Corvus Noæ an mandati teneatur: Pa-  
vo an in integrum restituendus, & similes à Steph. For-  
catulo *in Aviar. suo notab. 12.* congestas, quas scire nec  
compendium, nec ignorare detrimentum est, teste Ar-  
nob. *lib. 3.* post Clem. Alexandr. & Palingen. *Zed. vite lib. 6.*  
utpote

Que

*Quæ nihil ad vitam faciunt, nihil utile ponunt,  
Quæ scire & nescire pari discrimine distant.*

Insistimus potius vestigiis Jurisprudentiæ Romanæ Antiquitatis, quotidiana plenius attingentium, SEPARATIONIS materiem impræsentiarum in theatrum producentes. Ut autem principium sit decens & amabile Deo, effectus quoque subsequatur optatus, In nomine SALVATORIS nostri ordimur

### TH. I.

**S**eparationis vox natales suos debet verbo Separo, quod *Onomastologia.* est à Separ, quasi Se pari, h. e. sine pari, vel à Suo compare se junctum: vel, quasi Seorsim à parte; Ita ut Separare sit quasi Separ facere, loco disjungere, animo discernere, prout derivat ex Gloss. Isid. Dn. Martinius in *Lex. Philol.* & Scharidius in *Lex. jur. verb. Separo.* Posset & dici quasi Sepem parare, ad impediendam scil. ulteriorem commixtionem, qua de Separatio in *l. 19. §. 2. ff. de aur. & arg. leg.* propriè enunciatur, quæ Cujacio est ab aliis seorsim aut separatim habita ratio, *in parat. ad b. tit. inf.* Alii hanc derivant à præpositione inseparabili Se & dictione Parare, quasi sit semel paratorum & conjunctorum se junctio. Sed hæc allusivè potius & definitivè, quàm etymologicè,

### TH. II.

Sumitur autem Separatio aliter usu vulgari, aliter theologico, aliter juridico. Communiter indigitatur quævis se junctio rerum, E. gr. metallorum, *Silber. und Erhscheiden* & aliorum mobilium: Alia est naturalis, animæ putà à corpore: Alia violenta, sive partis à toto, in executione Sententiæ capitalis, monstrante formulâ juris militaris: *Daß der Leib das grösste der Kopff aber das kleinste theil bleibe / Winzenberg. Kriegsord. p. 94.* Theologis autem & Canonistis personarum Separationes relinquimus, Conjugum quidem ex *Levit. 3. vers. 13. Quos Deus conjuxit, homo ne separet &c. Matth. 5. vers. 32. & c. 19. vers. 9. t. 1. X. de divorce.* cujus 8. causæ recensentur à Joh. Aloys. Riccio *1. de-*

1. *decif. 222.* nonnunquam saltem ad thorum & mensam, *t. t. X. de eo qui dux. in matrim. quam poll. per adult.* Canonum Pontificiorum inventum optumè dictum à Magnifico & Nobiliss. Dn. Carpzovio Jcto incomparabili, Sereniss. Sax. Electori ab intimis gravissimis splendidissimo, Parentis vice à me reverenter semper habendo, *lib. 2. Jurispr. Consist. def. 210. n. 3.* Hæreticorum & Schismaticorum excommunicationem, *t. t. X. de heret. & Schismat.* Alber. de Rosate in *Lex. jur. verb. Separo.* nec non peccatorum obstinatorum in Consistoriis decernendam, ex *1. Corinth. 5. vers. 3. 1. Timoth. 1. vers. 20. Ordin. Eccl. Elect. Sax. art. 10.*

### TH. III.

Juridicè quidem dicuntur Separari heredes, & Socii propriè dividi, judicio familiæ herciscundæ & communi dividundo, *t. t. ff. & C. fam. hercisc. & comm. divid.* Cujac. *10. observ. 25.* quæ communitatis solutio rixas impedit plurimas, *l. 77. S. dulcissimis. ff. de legat. 2.* Hartm. Pistor. *obs. 147.* Ita separantur bona uxoris à bonis conjugis ad inopiam vergentis, prælaud. Dn. Carpzov. *de Jur. fœm. singul. 5. tb. 2. n. 29. & seqq.* Ant. Perez. in *Cod. 5. tit. 12. n. 4.* Item bona liberorum à parentis facultatibus ex eadem causâ, Dn. Andr. Kohl *de pact. dotal. quest. 15. n. 12. & 26.* Sumitur quoq; Separatio, in foro præprimis Sax. pro modo patriam tollendi potestatem, quando liberi à parentibus se separant, propriamq; instituunt œconomiam, si sunt majorenes, *Constit. Elect. Sax. 10. vers. nachdem aber. part. 2.* ubi Dan. Moller. *n. 4.* Matth. Coler. *decif. 41. n. 8.* Matth. Berlich. *2. Conclus. 11. n. 26 & seqq.* Joh. Franc. Balthasar *pract. resol. jur. Civ. & Bavar. 3. resol. 2. n. 4. & seq.* Christ. Besold. in *thesaur. pract. Verb. abgefunde ne Rinder.* De alia liberorum Separatione, renunciationem successionis tacitam involvente, contraq; jus civile in *l. pactum dotali. C. de collat. & l. si quando. §. 1. C. de inoff. testam.* Lubecæ imprimis introducta, der *Außspruch* ibi dictâ, qua liberis nubentibus certa bonorum portio intra biennium petenda à parentibus assignatur, illiq; ab his quasi exheredantur, vid. Dn. Mevius *ad Jus Lubec. 1. tit. 5. art. 1. & lib. 2. tit. 2. art. 33.* Ern. Cothman. *3. conf. 9. n. 6. & conf. 25. n. 23.* Hartw. à Dassel in *status, Luneb. art. 1. n. 1.*

Verùm



## TH. IV.

Verùm sub incudem hujus Disputationis revocatam saltem volumus hanc bonorum Separationem, pro qua decernenda imploratur Magistratus ad hoc, ut patrimonia per aditionem heredis aliàs confusa dissolvantur, & cujuslibet creditor ex bonis debitoris sui dimittatur, Jac. Cujac. in *Jul. Paul. lib. 13. & Salv. Julian. lib. 46.* nec non in *Papin. lib. 27.* Est autem hæc Propria vel regularis, & Impropria sive Irregularis. Hujus recensentur à Dd. variæ species, prout videre est apud Alber. de *Rotate ad l. 1. ff. de Separ.* Arnold. Corvin. in *Cod. 7. tit. 72.* de quibus *tb. XXVI. XXXIX. XL. XLII. XLIII. & LXIV.* Illa, de qua Prætor propriè hîc statuit, radices suis agit ex *tit. ff. de Sexto libri XLII.* (in editione Haloandrina, nec non in *Glossa ex tit. septimo ejusdem libri*, ratione diversitatis in hoc recumbente, quod cum in *Florentina* memoriæ saltem gratia ad marginem *Legis 16. de reb. aut. jud. poss.* fuerit adscriptum: *De privilegiis creditorum*, prout sub hac Rubr. totus ille titulus à nonnullis allegatur, describens errore ductus titulum hunc in duos diviserit, sextumq; postea Septimum fecerit, prout notat Dn. Mejer. in *Colleg. Argent. jurid. ad dict. tit. de Reb. aut. jud. poss. tb. 29.*) & quidem ex *Edicto Prætoris*, quod etsi κατὰ τὸ ῥητὸν non extet, archetypoq; nos destituamur, ex toto tamen titulo hoc ejus tenor optumè colligi potest.

## TH. V.

Dicitur hoc jus Separationis affine privilegiis creditorum, à Mejer. in *Coll. suo jurid. ad b. tit. 0. 1.* Remedium indemnitis saluberrimum à Donello 23. *Comm. jur. civ. 15. in pr.* Chirographariorum, illisq; admodum utile, à Nobiliss. Dn. Carpzov. 4. *Respons. Elect. 18. n. 3.* Ant. Tessaur. 3. *quest. forens. 55. n. 36.* Pro quo petendo facit, quod concurrentibus creditoribus defuncti sive hereditariis & heredis, hereditas per aditionem commixta non omnibus sufficiat, sed hypothecariis tota ut plurimum cedat, creditoribus chirographariis vel nihil vel minimum reportantibus, *l. 1. §. 1. & 16. ff. b. t.* Vel quod incertum sit, an & quantum

*Separatio bonorum quando petenda?*

Quando  
omitten-  
da?

eum heres sit acquisiturus, & si post multum tempus hereditatem repudiet (id quod per *θ. LIIX. & seq. ipsi licet*) maximam partem sit consumpturus, Dn. Casp. Manz. 3. *patroc. debit. 10. n. 58.* ubi melius est partem habere, quam toto carere, *§. sed quia. Inst. de fideic. hered. vel unum Tene Tene, quam centum Cape Cape,* ut loquitur Accurs. in *l. cum his 8. ff. de transact.* Dn. Carpzov. de *Inhibit. θ. 5. n. 40.* Pro omittenda verò Separatione movet, quod cum hereditas defuncti non sufficit omnibus creditoribus, nonnulli dimittantur vacui, non dato regressu post factam Separationem ad bona heredis, *l. 1. §. 17. ff. h. t. de quo infr. θ. XXXIII.* Heres autem habeat quidem creditores, sed saltem Chirographarios, quibus cum pro rata portione nullo temporis vel quantitatis habitò respectu concurrat, *l. 12. §. 2. ff. qui pot. in pign. l. cum tibi 10. C. eod. Constit. Elect. Sax. 28. in f. vers. und lezlichen. part. 1. Ordin. process. jud. tit. 50. in pr. vel quod heres tractu temporis plus acquirere, & reliquum ex eo solvere possit, l. 33. ff. solut. matrim. l. 5. in f. ff. h. t. Manz. d. quest. 10. n. 57.* Cautus ergò sit causæ Patronus, laborantium spem defensurus, *l. 14. in f. C. de Advoc. divers. judic. ad remedium hoc nec prosiliat, nisi discussis utriusq; patrimonii, & concreditorum juribus probè perspectis.*

## TH. VI.

Definitio.

Definimus autem hoc jus Separationis regularis Bonorum defuncti ad illius creditorum instantiam à bonis heredis, auctoritate Magistratùs factam discretionem vel segregationem, cum Dn. Phil. Richtero de *Privil. credit. cap. 1. membr. 2. n. 3.* Henr. Zoëtio in *Comment. suo ad ff. h. n. 1.* Alias hujus definitiones videre licet apud Dd. nec non Arnold. ab Harfold *6. de action. 46. n. 1.* Ant. Matthæi de *judic. Diss. 13. θ. 44.* nec non Bernh. Schotan. *exam. jur. part. 6. p. m. 855.* Petitur Separatio hæc à Prætore vel Præsidente, *l. 1. pr. & §. 14. ff. h. t. l. 2. C. de bon. aut. jud. poss. cujus notio sola est, non alterius, Wesenbec. in parat. b. n. 6. in f. Ant. Perez. in Cod. ad d. tit. qui alteri provinciam hanc demandare nequit, Gl. in d. l. 1. pr. ff. h. t. per l. cum hi. §. si Prator aditus. 17. ff. de transact. Zas. ad d. l. 1. §. 13. n. 3. b. Quæ Lex etsi de Præsidente & Prætore loquatur Romano, qui à nostro multum differt, eadem*

eadem tamen de quovis Magistratu judicandi munere fungente hodie intelligi debet, der mit denen Erbgerichten beliehen/Ampliff. Consultiff. & Excellentiff. Dn. D. Polyc. Wirthius, Benefactor & Præceptor meus, dum in vivis erat, exoptatissimus, cujus memoria sit in benedictione, in Not. ad Treutl. 2. Dissp. 24. §. 5. lit. H. Dn. Hahn ad Wesenb. b. n. 6. Judex autem hîc quæritur non creditorum vel bonorum hereditariorum, sed heredis, qui adeundo hereditatem defuncti rei dominus factus est, adeoq; Rei vices sustinet, Dn. Richter de P. C. 1. n. 177.

## TH. VII.

Ad hoc negotium expediendum nullâ opus est, quæ nec *Separatio* prodiit, actione ordinariâ, quia nulla subest obligatio specialis, *quomodo* sed sola æquitas svadet & movet ad concedendam hanc *Separationem*, l. 1. §. 1. ubi Dn. Hahn. n. 6. Bald. in l. debitori. col. 2. C. de *petenda?* pact. Caroc. de excuss. bonor. 2. quest. 58. n. 8. Matth. Wesenb. 4. Consil. 154. n. 5. Reinh. Bachov. ad Treutl. dict. Dissp. 24. §. 5. Pro qua impetranda imploratur Judex simpliciter & extra formam judicii pro interponendo Decreto, ubi qualis qualis causæ cognitio sufficit, l. 9. §. 1. ff. de off. Procons. Mejer in Coll. Arg. 42. tit. 6. §. 6. Decreta autem etsi olim latinè interponebantur, l. decreta *Decretum* 48. ff. de re jud. Valer. Max. rer. memor. 2. tit. 1. In Imperio tamen *Sep. quo-* Romano hodie æquè ac Sententiæ idiomate prodeunt germani- *modo in-* co, Arnold. Clapmar. de arcan. Rerumpubl. 4. c. 22. quem propo- *terpona-* nendi & decernendi modum introductum alii ad Fridericum II. *tur?* alii ad Rudolphum Habsburgicum Impp. referunt, prout videre est apud Lehman. in Chron. 5. c. 107. & Stradam in Chronogr. Caesar. p. 533. nec non in Geneal. Austr. p. 6. ob gravitatem forsan lingvæ, quæ cum aliis omnibus de elegantiâ & selectissimorum verborum circumductione & periodorum decenti tractu facilè in arenam descendit, Paul. Matth. Wehner. in præfat. ad observ. præf. quibus de lingvis judicium fertur varium, idq; magis jocosum, ut cum DEO ob majestatem *Hispanicè*, cum Principibus ob gravitatem *Italicè*, cum foeminis ob gratiam *Gallicè*, cum hostibus verò ad terrorem incutiendum *Germanicè* nonnulli loquendum autument, referente Friderico Achille de Principat.

B

intem

*inter Europæ provincias, in Orat. contra Galliam, p. m. 330. Quæ lingua germanica apud Imp. Carolum IV. tantæ fuit autoritatis, ut eam non modò in Lege Imperii fundamentali sive Aurea Bulla tit. ult. Principibus Electoribus excolendam juberet, & primo loco poneret, sed & in Bohemia, quoad fieri poterat, propagaret, teste Chronogr. Coloniensi: Ind künde vünff spræchen/unter denen hadde he duytsche spræche allerlieffste. Darumb hat he duytsche spræche in Behem in syenen landen vast gemeyret. Goldast. in Rational. ad A. B. c. 30. Mart. Rumelin, ad eand. Bull. 3. disp. 6. §. 17. in addit.*

### TH. IIX.

Etsi autem decreto huic qualem qualem causæ cognitionem præmittendam diximus, ea tamen non sit tumultuaria, sed suis constet terminis & substantialibus naturalibus, processum summarium ingredientibus, quali quali scil. petitione & facti narratione, Rei responsione, citatione decentem continente terminum, nonnunquam etiam probatione necessariâ & defensione legitima, *Clem. saepe. de V. S. Bartol. in Extravag. ad reprimendum. in verb. figura. n. 4. Joh. Zanger. 1. de except. 2. n. 9. Nobiliss. Dn. Carpz. 1. Jurispr. for. 2. def. 17. Jac. Menoch. de A. 7. Q. 1. cas. 19. Cognitionem hanc Prætoris hæc porrò subintrant: Actor an sit creditor defuncti debitoris, per §. XII. An heres sit solvendo vel obærabus, per §. V. Annon creditor defuncti vel novando, pignora vel fidejussores, aut usuras accipiendo, vel alio modo heredis fidem secutus sit, per §. XLVI. XLVII. XLIIX. Num effluxerit quinquennium ab adita hereditate, ex §. LII. Num hereditas ab herede bona fide distracta aut commixta sit, §. L. & LI. Dd. ad d. tit. ff. §. C. b.*

### TH. IX.

*Formula  
Sep. peten-  
de.*

Formula petendæ Separationis hæc dari posset: *P. P. dicit Sempronius: Jure tantum & in gratiam Creditorum hereditariarum provisum esse, ut possint, si velint, petere separationem bonorum, tot. tit. ff. de separat. Jam vero Sejus fuit debitor meus in 500. fl. quo defuncto ejus hereditatem adivit Titius, ex qua patrimoniorum commixtione periculum mihi imminet, ne Titio multo alieno ære gravato, debito meo vel planè cadam, vel minus accipiam, vel saltem in multum*

multum tempus differatur solutio; Nolo itaq; illam aditionem, quantum in me est, ratam habere, sed re adhuc integrâ separationem fieri, petens à Dn. Pratore, ut præviâ causæ cognitione decernat & pronunciet, aditione & confusione non obstante bona defuncti à bonis heredis jure esse separanda & restituendos fructus interim pereptos. Decretum autem hõc modo prodire solet: Ex *Formula* actis & agitatibus partium tantum summariter apparet, quod non ob- *Decreti* stante commixtione per aditionem heredis factâ, bona defuncti meri- *Separat.* tò à bonis heredis sint separanda, quemadmodum hõc ipso illa separata & sejuncta volo.

### TH. X.

Cum autem frustra petatur Separatio, nisi viso objecto s. bonis separandis, indigitata volumus tam mobilia quam immobilia, tam corporalia quam incorporalia, eaq; sive ante sive post Separationem fuerint acquisita, l. 5. ff. b. t. Bald. ad l. pen. C. qui bon. ced. poss. nam & ea quæ parta sunt ex hereditate vel hereditaria pecunia, hereditatis esse censentur, arg. l. 45. ff. de jure dot. l. 1. C. de castr. pecul. ad hoc, ut creditoribus hereditariis ex bonis defuncti sive sui debitoris solis satisfiat, l. 1. §. 1. & pass. ff. b. t. ubi Cujac. & Wesenb. in parat. adeoq; defuncti bona perinde veneant, ac si hereditas nunquam fuisset adita, arg. l. 1. §. 6. ff. b. t. Specul. 4. p. 2. tit. de eo qui mitt. in poss. ubi Joh. Andr. in not. lit. E Joh. Schneidw. §. pen. n. 26. Inst. de hered. qualit. & differ. Casp. Manz. 3. patr. deb. 10. n. 49. Iniquum namq; esset, creditorum conditionem factò heredis fieri deteriolem, l. 1. §. 2. ff. b. t. l. 25. C. de pact. Osw. Hillig. in Donell, 33. c. 16. B. nec ex persona heredis mutatur natura obligationis cum defuncto contractæ, l. 2. §. 2. ff. de V. O. Dn. Carpz. 4. resp. 18. n. 6.

*Separationis petende objectum.*

### TH. XI.

Et hæc exaudiri volumus de allodialibus; In bonis autem *Separatio* feudalibus Separationem non admittimus, quippe successor in *an obtineo* his non jure hereditario aut beneficio defuncti vasalli, sed jure *at in feu-* sanguinis ex pacto & legis providentia beneficioq; primi acqui- *dis?* rentis nititur & utitur, c. 1. de success. feud. Dn. Richter. de P. C. 1. n. 140. hinc successor feudalis de debito hereditario feudi nomine nihil solvit, cap. un. An agnat. vel filius defuncti possit retin. feud. repud. hered. 2. F. F. 45, nisi debita sint feudalialia, vel feudum

B 2

pro



pro his oppignorum, *d. cap. un. Andr. Gail. 2. obs. 154. Petr. Heig. 2. q. 20. n. 45. Dn. Berlich. 2. concl. 55. n. 80.* Hinc Regula optumè construitur talis: Omnem spem de exsolutione crediti ex feudo, vel ex oppignoratione vel natura debiti feudalis dependere, Dn. Carpz. *1. decis. illust. 72. n. 7.* quod minus dubii habet in foro Saxon, propter claram sanctionem in *Const. Elect. 46 pr. & in f. part. 2.* ubi prælaudatus Juris Saxonici Interpres solertissimus *def. 1. & 2. per tot.* adeò ut solutum actione negotiorum gestorum ab heredibus repeti possit, adductò ad hanc rem Responsò Dnn. Scabinorum Lips. *de M. Martio 1599.* Do nun dieselbe glaubtger auff's Leben mit euerer bewilligung nicht versichert/ oder sonst vom Leben herrühreten / so wehren euerer Schwestern von denen Erbstückten ihre antheil euch wieder zu erstatten schuldig/ *B. R. W.*

## TH. XII.

*Beneficio  
Sep. an  
gaudeat  
Creditor  
heredita-  
rius?*

Inter hos, qui jure Separationis gaudent, primum obtinent locum Creditores hereditarii, ij scil. qui defunctum habuerunt debitorem, *l. 1. pr. & l. 5. b. t.* ubi Jac. Butrig. & Sebast. Næv. *in system. juris. l. 2. C. de bon. aut. jud. poss.* ubi Gl, Bald. Paul. de Castro, Butrigar, Anton. Perez & Arnold. Corvin. nec non Cujac. *in Salv. Julian. lib. 46.* quorù conditio per hereditatis aditione ex facto & persona heredis facta est deterior, qui bonis confusis minus essent consecuturi, *l. 1. §. 1. & 2. b. t.* Tulden. *in Cod. 7. tit. 72. n. 5.* Beuther. *de jure prælat. 1. c. 39.* et si Accursius *in d. l. 5. b. t.* per hereditarios intelligat creditores heredis, derivatione solâ ipsum fallente, notatus ob id à Cujacio *in Paulo lib. 13. & Udalr. Zasio in l. 28. pr. ff. de privil. cred.* post Bald. *in l. juris gentium. ff. de part.* eò quod sæpenumero dedita opera & ne ab omnibus temerè intelligeretur, textus reddiderit obscuros; qui tamen cum homo fuit, meritò excusatur, multumq; in jure profecisse putandos esse illos, quib; hic vehementer placet, scribit Forner. *1. se- lect. 16. in f.* Vox autem creditoris hic non strictè accipitur, vel de eo saltem, qui pecuniam credidit mutuam, prout sumitur *in l. 11. C. si cert. pet. & l. 108. de V. S.* sed latè, ut comprehendat omnes, quèis ex quacunq; causa aliquid debetur, quem significatum insinuat *l. 1. ff. de R. C. l. 2. §. 3. ff. eod. l. 11. & 12. ff. de V. S.*

TH. XIII

### TH. XIII.

Et hoc jure non solum ipse creditor hereditarius, *θ. præced.* sed & ejus heres & heredis heres, utpote in quos jura defuncti transferuntur activè & passivè, *l. 65. l. 70. l. 170. ff. de V. S.* ubi Joh. Goedd. *nec non 1. Conf. 28. n. 32.* etiam minimus creditorum gaudet, seq; à reliquis separare potest, propter generalitatem *l. 1. & seqq. b. & l. 2. C. de bon. aut. jud. poss.* ubi Dd. non solum ratione sortis, sed & usurarum, quia hæ non minùs debentur ac illa, Dn. Hahn. *ad Wesenb. parat. n. 3.* quod negotium quoq; expediri potest à Procuratore, modò speciali instructus compareat mandato, propter ingens præjudicium tùm respectu sui principalis, tùm creditorum heredis, *arg. l. 25. §. 1. ff. de minor.* Lud. Posthius *de subhast. insp. 22.*

*An cred. hereditarii heres & heredis heres?*

### TH. XIV.

Ex quo mox consectaneum est, effectu separationis saltem frui illum, qui pro ea facienda apud Magistratum institit, relinquit non petentibus planè exclusis, *l. 1. §. 16. h. t.* ubi Wesenbec. *in parat. n. 4.* & Hahn. *in obs. præf. Arnold. ab Hærsolt 6. act. 46. in f. & ad heredem remisit, cumq; ejus creditoribus numerandis, d. l. 1. §. 16.* Richter *de P. C. c. 1. n. 37.* Arnold. Corvin. *in Cod. 7. r. 72.* vigilantibus namq; jura subveniunt, *l. pupillus. ff. que in fraud. cred. l. nec enim. ff. quib. ex caus. major.* nec enim nisi imploranti judex suum impertitur officium, *l. 4. §. 8. ff. de damn. inf. l. 1. C. ut que de sunt Advoc. jud. suppl.* qui habetur fatuus, ultra petita judicans, *cap. licet Eli. de Simon. Specul. tit. de action. §. super petitionibus, vers. sed quid si reus. n. 8.*

*An beneficiario hoc nō utens?*

### TH. XV.

Postquam hoc jus Separationis beneficium Chirographariorum diximus *θ. V.* putare quis posset, hypothecarios hoc remedio planè non indigere, creditorumq; ex concursu nullum ipsis imminere periculum, utpote qui 1. Non saltem pig-nore muniti adeoq; potiores, *l. 2. ff. & l. 9. C. qui pot. in pign.* sed & 2. In pignore priores, Dn. Casp. Klock. *3. consil. 104. n. 29* per aditionem enim licèt factum sit unum patrimonium, ut plurimum tamen, vel solò naturæ cursu hóc svadente, parens regula-

*Hypothecarius defuncti an opus habeat hoc remediò?*

riter prius quàm filius sua oppignoravit bona. Sed sicut posterius sapissimè fallit, parente bonum patremfam. agente, nec debita contrahente, filiò autem tam præsentia quàm futura oppignorante: Ita quoad prius aditio hypothecario potest esse damnosa, si concurrat vel fiscus in causa primipilari, *l. 3. & ult. C. de primipil.* ubi Perez. *l. 4. C. in quib. caus. pign. vel hyp.* Peregrin. *de jure fisc. 6. c. 6. n. 42.* Ant. Matthæi *de judic. Disp. 14. §. 10.* vel mulier ratione dotis realiter illatæ, *l. assiduis. C. qui pot. in pign.* ubi Hotom. & Giphani. *Nov. 97. c. 4. & Nov. 109. c. 1.* Vanderan. *de priv. cred. c. 4.* quamvis in hoc res aliter se habeat de jure Saxónico, propter textus expressos in *Const. Elect. 28. vers. allen andern Glaubigern / part. 1. & Ordin. process. jud. tit. 43. in pr. vers. aber gleichwol nicht denen jentigen.* Nobiliss. Dn. Carpz. *ad dict. Const. & de jur. fœm. disp. 5. §. 4.*

### TH. XVI.

*Hypothecarius defuncti an potior hypothecario heredis?*

Extra hos casus si hypothecarius defuncti cum hypothecario heredis concurrat, dubium est nullum, hunc regulariter esse posteriorem illo, etiam separatione non petita, *§. preced.* Bernh. Schotan. *exam. jurid. 6. tit. 7.* Steph. Daoyz. *tom. 7. jur. civ. verb. Separatio.* Zanger. *de except. 3. c. 9. n. 11. & seqq.* aditione enim hereditatis non fit confusio hypothecarum, *l. 38. §. fin. ff. de solut.* Magnificus Dn. D. Brunnemannus, Ordinarius & Antecessor Collegii hujus Juridici meritissimus, Præceptor ac Patronus meus ætatè venerandus in *Not. ad Schotan. tit. de Separ. bon.* Competit tamen tum actio realis contra heredem, non tanquam heredem, sed tertium possessorem, Ant. Tessaur. *3. quest. for. 55. n. 6.* res enim transit cum suo onere, *l. 10. C. de remiss. pign. l. 12. C. de distr. pig.* quod fundo sicut medulla ossibus inhaeret & sicut umbra corpus quemvis comitatur possessorem, *l. 17. l. 18. C. de pign.* Bart. in *l. non solet. in 3. col. ff. de leg. 1.* Perez. in *Cod. 4. tit. 47. n. 1. in f.*

### TH. XVII.

*Chirographarius defuncti an potior by-*

Chirographarius autem defuncti obtentâ separatione an sit potior hypothecario heredis, illò scil. qui post aditam hereditatem in bonis defuncti hypothecam ab herede nactus est? omni



omni dubio non caret, propter jus pignoris, in quo hic solus a-  
 pothecario deoq; etiam potior reputari posset, per *l. 2. ff. qui pot. in pign. & heredis?*  
*l. 9. C. eod. Ant. Faber in Cod. 7. tit. 32. def. 15. n. 4.* Quamvis in ejus  
 castra transeuntem hactenus viderimus neminem. Affirmativa  
 autem nobis meritò arridet textu solenni suffulta *in l. 1. §. scien-*  
*dum 3. ff. b. t. nec ratione solidâ destituta;* durum enim esset ipsis  
 sine facto suo jura sua auferre, eorumq; conditionem facto he-  
 redis fieri deteriore, *l. 25. C. de pact. l. 2. §. ex his ff. de V. O. Gl.*  
*in l. 1. pr. b. t.* hereditas quoq; cum sit titulus lucrativus, Joh.  
 Schneidw. *in §. item si quis in fraudem. n. 31. ff. de act. Casp. Manz.*  
*patroc. deb. 3. q. 10. n. 53.* heres ejusq; creditores non possunt non  
 de lucro captando certare, hereditariis tantùm de damno vitan-  
 do laborantibus, *t. t. C. pœnis fisc. credit. præferri.*

### TH. XIIX.

Nec Schola Jctorum nos deserit, ex quibus ferè innumeris  
 allegare saltem lubet Salycet. *in l. 1. n. 2. vers. aliàs si bona. ff. de*  
*bon. aut. jud. poss. Gl. & Zas. in l. 1. §. 3. ff. b. t. Tiber. Decian. Conf.*  
*II. n. 193. & 198. Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. gl. 2. p. 8. n. 68. A-*  
*mator Rodriquez de priv. cred. 2. art. 4. qui hoc in praxi fre-*  
*quentissimum dicit, Tulden. & Corvin. ad l. 2. C. b. Beuther. de*  
*jure prelat. 1. c. 39. Tessaure. 3. quest. for. 55. n. 3. Marta decis. Neapol.*  
*p. 1. tit. creditor. decis. 28. prælaudatus Dn. Ordinarius ad dict. tit.*  
*Schotan. Hahn. d. l. n. 3. Salgado Labyr. cred. 1. c. 9. n. 5. Steph.*  
*Daoyz tom. 7. jur. civ. verb. Separatio. Vinc. de Franch. decis. 54. n. 8*  
*Dn. Casp. Klock. 3. conf. 120. n. 7. Surd. decis. 310. ubi in Senatu*  
*Mantuano ita judicatum, & possessores tertios ad restitutionem*  
*bonorum fuisse condemnatos refert. Quæ doctrina nec aliena*  
*est Juri Saxonico, prout informamur à nunquam satis laudato*  
*Interprete in Jurispr. for. 1. Const. 28. def. 10. de promente Respon-*  
*sum Dnn. Scabinorum Lips. de M. April. Anno 1636. his formalibus:*  
**So ist euch / weil der Testaments-Erbe numehr auch verstorben**  
**und eine ziemliche Schulden-Last nach sich verlassen / Separationem**  
**bonorum zusuchen unbenommen / und wann solches geschehen / wer-**  
**det ihr euerer forderung wegen aus eueres verstorbenen Schulde-**  
**ners**

ners Gütern vor des Erben Creditorn, unangesehen dieselben hypothecarii, ihr aber nur ein Chirographarius seyd / billich befriediget. V. R. W.

### TH. XIX.

*In Marchia ratione juris Sep. quid obtineat?*

*Jus pignoratitium heredis quando reviviscat?*

Et hæc procul dubio de jure etiam obtinent Marchico, præterquam in collectis s. Contributionibus residuis, hoc specialitatis & præcipui habentibus, quod non attentâ Separatione ex bonis solvantur paratissimis, prout dispositum §. 29. *Recessus provinc. novis. de 26. Julii Anno 1653.* ibi: Die Contributions Resta aber gehen allen Creditorn, auch denen / so ein Jus Separationis zu haben vermeinen / für / welches auch insonderheit in executione und bey denen distributionibus in acht genommen werden muß / &c. Jure communi in cæteris Separationis passibus suum vigorem obtinente, ita ut obtentâ separatione pignus heredis quidem dissolvatur, *l. 1. §. 3. h. t. ubi Zas. & Zoëf. nec nō Perez. in Cod. 7. tit. 72. n. 20.* & donec creditoribus defuncti satisfiat, quasi quiescat & moriatur: Si tamen dimissi sunt hoc beneficium petentes, jus pignoris reviviscit, quod nunquam cessavit, etsi effectus pignoris aliquam remoram passus est, *Zas. & Dd. in d. l. 1. §. 3. gl. in l. 1. pr. h. t.* qui in hoc recumbit, ut si ex fundo hypothecato quid superest dimisso hereditario creditore, heres jure suo iterum utatur, suumq; consequatur, *arg. l. 1. §. 17. l. 3. §. 2. h. t. Mejer. in Coll. Arg. h. c. 7. in f.*

### TH. XX.

*Chirographarii defuncti an etiam potior hypothecario heredis in bonis feudalibus?*

Quod de Chirographarii prærogativa *l. XVII.* diximus, illud limitationem suam patitur in bonis feudalibus; Cum enim omnis spes creditorum vel in natura debiti feudalis vel opignoratione recumbat, *l. XI.* Chirographarius utiq; defuncti, quâ talis, separatione hîc non gaudet, sed postponitur creditori posteriori, cui feudum paternum à filio legitimè fuit opignoratium, prout decidit in terminis Nobiliss. Dn. Carpz. *1. decis. illustr. 73. per tot.* [contrarium licet teneat nixus Decreto Aulæ Saxonicæ de Anno 1588. Andr. Rauchbar *1. q. 38. n. 47. & seqq.*] depromendo bina Responsa Dnn. Scabinorum Lips. de Ann. 1626. & 1644. Dofern aber dennoch die Glaubiger des Vatern

Watern auff das Lehen beständiglich nicht versichert worden / So  
möchtet ihr dadurch nit gefährdet werden / sondern ihr würdet krafft  
eurer *hypothec* vor denen Väterlichen *Chirographarien* eurer forde-  
rung wegen aus dem Lehen billich befriediget / B. N. W.

### TH. XXI.

Licet autem per dicta *θ. preced.* alioquin institutá bono-  
rum Separatione Creditores patris chirographarii non præferan-  
tur illis filii in feudo succedentis Creditoribus, quibus postea  
feudum ab ipso legitimè fuit oppignorum, Dn. Carpz. *alleg*  
*decis. 73.* In Electoratu tamen Brandenburgico juxtimq; vicinis  
in locis Creditores patris chirographarii in feudo antiquo & pa-  
terno hypothecariis filii Creditoribus fuerunt prælati, ex hac ra-  
tione, quòd his in oris feuda hactenus in subsidium executioni  
fuerunt obnoxia, quotiescunq; allodialia bona ad dissolvendum  
as alienum non suffecerunt. Sed in *proximo Recessu provinciali*  
*§. 32.* hoc nonnihil limitatum est, in verbis; Wir lassen es auch  
darbey / daß die feuda pro quolibet debito, etiam chirographario, re-  
spectu der Schulden / so bißhero contrahiret, in subsidium haßten /  
und die Agnati und Successores feudales jederzeit das onus aris alie-  
ni agnosciren müssen. Et paulò post: In denen debitis aber / so hier  
nechst à dato an contrahiret werden möchten / sollen die feuda dem  
ari alieno ander gestalt nicht subject seyn / als wann der consensus  
Domini & Agnatorum darzu kömmt.

In Electo-  
ratu Bran-  
deb. quid  
hoc in pas-  
su obtine-  
at?

### TH. XXII.

Et si autem heres non reputetur capax hujus beneficii, si est *Heres par-*  
universalis, prout dicitur *θ. XXXVII.* Secus tamen est in eo, qui *rials an*  
defuncto tantum ex parte heres existit ejusq; creditor est, *l. 7. gaudeat*  
*C. de bon. aut. jud. poss.* ubi Sebast. Nævius in *Systemate jur. l. 14. beneficio*  
*C. de R. V.* Tiraquell. *de retract. lin. §. 32. gl. un. n. 50.* Dn. D. Brun- *Separati-*  
nemannus in *not. ad Schot. b. & Mejer. in Coll. Arg. ad dict. tit. ff. onis?*  
*de separat. θ. 2.* Debitum enim licet confundi dicitur cum here-  
ditate, & debitum esse desinit, *l. 50. ff. de fidejus.* hoc tamen verum  
est saltem in eâ portione, qua quis heres est & defuncto succes-  
sit, *d. l. 50. Anton. Perez. in C. d. tit. n. 19. Bart. Bald. & Salycet.*  
*ibid. Sim. de Prætis 4. de interpr. ult. volunt. dub. 2. q. 7. n. 11.* In

C

residuo

residuo autem consideratur ut extraneus, non ut heres, Arn. Corvin. ad d. tit. C. Peck. ad cap. is qui. 46. de R. 7. in 6. Salgado 1. Lab. cred. 9. n. 20. salvâ manente actione adversus Coheredes suos, ipsisq; non solvendo existentibus bonorum separatione, d. l. 7. in f. C. eod. l. 6. C. de hered. act. Pac. in analys. ibid. n. 4. & 6. Donell. 23. comm. jur. civ. 16.

### TH. XXIII.

**Liberi an habeant hoc jus in bonis patris ratione Legitimæ?** Sed num liberi parentis defuncti hõc remedio gaudeant adversus heredem ejusq; creditores, ratione Legitimæ, quæritur? Quod affirmare non veremur propter l. 7. pr. ff. de bon. damn. l. 7. in f. ff. si tab. testam. null. ext. Nov. 115. c. 3. & 5. ubi legitima jure naturæ deberi dicitur; Et hoc quidem remedium contra heredem testamentarium, qui multos habet creditores, Richter. de P. C. c. 1. n. 42. non attentõ, quod legitima nõ debeat nisi deductõ ære alienõ, l. 35. §. 1. ff. de V. S. l. Papinianus 8. §. 4. ubi Dd. ff. de inoff. test. Bald. in l. ult. §. in computatione 9. C. de jure delib. hoc enim concedimus concurrentibus creditoribus paternis, qui potiores sunt liberis, substantiamq; sui debitoris non rarõ absorbent, Dn. Carpz. 1. Const. 28. def. 157. si tamen iidem non concurrunt, habentur liberi pro creditoribus ratione legitimæ in bonis paternis, l. 36. pr. ff. de inoff. testam. Richt. d. l. n. 45. adducens Responsum Facultatis jurid. Jenens.

### TH. XXIV.

**Bona patris & filii impuberis an à bonis substituti possint separari?** Si pater filio impuberi substituerit, qui deinde, postquam heres parenti extitit & debita contraxit, intra pubertatem decessit, substitutõ ejus hereditatem adeunte, An patris & impuberis creditores à bonis substituti ære alieno similiter gravati separationem petere possint? quæritur. Quod affirmatur per l. 1. §. 7. ff. h. t. ubi Næv. in system. juris. & Mejer in Coll. Argent. hic §. 2. nec non Zasius ad d. §. hunc textum lumen & intellectum dare dicens. Quæ Separatio quoq; conceditur emergentibus pluribus successioneibus, veluti si existat Sempronio heres Titius, huic Seius, Sejo Mevius, in quem confluunt creditores omnes. Hujus in bonis jam vendendis Separatio impetrari potest à creditoribus Sempronii contra Titii, Seji & Mevii: A Titii

Titii creditoribus contra Seji & Mevii: A Seji autem saltem ad-  
versus Mevii creditores, Mevii verò nullatenus possunt, *l. 1. §. 8. ff. b. t.*  
quia hi sunt heredis creditores, illi verò hereditarii, qui nec retrò  
petere possunt, aliàs considerarentur etiam ut creditores here-  
dis, quèis hoc beneficium denegatur *in d. l. 1. §. 2. b. t.* ubi Gl. & Coll.  
Arg. *b. b. 2. Richt. de P. C. 1. n. 60. Zas. ibid.* qui hoc negotium eum  
circulo pendente ex circulo, & vaceis Herculis retrogradè du-  
ctis comparat, accommodans vers. *Facilis descensus averni, &c.*

### TH. XXV.

Sed si pupillus Patris substituentis hereditate abstinuit, & Creditor  
sic sua bona separavit, poteruntne creditores patris convenire *patris sub-*  
substitutum? Affirmat hoc Ant. Faber *2. Conject. 2.* Negat verò *stituentis*  
Hieron. Treutl. *2. Disp. 11. §. 9. A. & disp. 24. §. 5. H.* per *l. 28. ff. de an possit*  
*bon. aut. jud. poss. & l. 42. ff. de A. vel O. H.* Nos neutrius castra *convenire*  
simpliciter sequentes, nec tamen omninò divertentes, cum Dn. *Substitu-*  
D. Wirthio p. m. *in notis ad d. theses Treutl.* distingvimus: Ut si *tum?*  
pupillus, postquam se immiscuerat, beneficio prætoris iterum  
se abstinerit, id quod ex singulari ætatis privilegio per *l. 57. ff.*  
*de Avel O. H.* impetrare potest; Hic largimur actionem contra  
substitutum, cui idem non licet, quod pupillo licuit; postquam  
enim per immisionem pupilli facta est hereditas una ipsius &  
patris, hanc pro parte agnoscere & pro parte repudiare nequit  
substitutus, *l. 10. §. 2. ff. de vulg. & pupill. substit. l. 2. ff. de A. vel O.*  
*H.* Si verò pupillus ab initio abstinuit, nec unquam se immiscuit,  
Substitutum liberamus cum Treutl. *d. l. de quo casu intelligen-*  
*dos* putamus binos ab ipso allegatos textus,

### TH. XXVI.

De bonis filiifam. olim militis quæritur, qui bona ca- *Creditor*  
strensia & paganica post se reliquit, An creditores, qui tempore *castrensis*  
militiæ cum eo contraxerunt, possint peterè ut separentur ca- *an possit*  
strensia à paganicis? Non diffitemur quidem hanc separationem, *petere Se-*  
si conceditur, esse irregularem, utpote fiendam in bonis unius *parationē*  
ejusdemq; debitoris, quæ aliàs non nisi in diversis & diversorum *bon. filiifam.*  
debitorum patrimoniis concedi solet, *l. 1. §. 1. & pass. ff. b. t. castrensiū*  
Conceditur autem expresse *in d. l. 1. §. 9. ff. b. t.* ubi Zasius, qui tex- *à pagani-*  
*cum cis?*

tum hunc vocat intortum, ita ut creditores militis, vel qui intuitu militiæ bonorumq; castrensiū contraxerunt, evitare possint confusionem, nec concurrere teneantur cum paganicis, *arg. l. 17. §. 1. ff. de test. milit. l. 18. ff. de castr. pecul.* ubi Bald. & Castrenf. Gl. *in d. l. 1. §. 9. b. t.* Donell. 23. *comm. jur. civ.* 16. ubi Hillig. *in pr. Ant. Matthæi de judic. Disp. 13. §. 44.* & hoc quidem, ut remur, tum favore militiæ, tum ut compensetur periculum, cui creditor hic se objecit, aliquo adminiculo. Separatio tamen, quæ nonnunquam est periculosa, potest omitti & agi adversus parentem militis respectu ejus, quod ad eum pervenit, vel in ejus utilitatem versum est, *d. l. 1. §. 9. in f. Hillig. d. loc. lit. A. Næv. in syst. jur. hoc tit.*

### TH. XXVII.

*Creditor  
conditio-  
natus vel  
in diem an  
gaudeat  
hoc bene-  
ficio?*

Separationis beneficio utitur porro creditor defuncti ille, cujus dies vel non venit, vel conditio nondum extitit, *l. 4. pr. ff. b. t.* ubi Gl. Bart. Ripa, Zas. & Næv. *in system. jur. Mejer. in Coll. Arg. b. §. 2.* Joh. Bapt. Costa *de ratione quota & rata. q. 105. n. 1.* quia scilicet & huic cautione communi consulitur, qua ratione nititur ipse Jctus *in d. l. 4. pr.* Cautio autem communis indigitatur non solum per satisfactionem personalem, sed & realem, cui inherere satius est, *l. 25. ff. de R. J. quæ impetratur quoq; per missionem in possessionem vel pignus prætorium, l. 12. ff. pro emt. l. 1. & 2. C. de prat. pign. l. 26. ff. de pign. act. cap. quoniam. 5. vers. in aliis. X. ut lite non contest.* Ant. Matthæ. *de judic. Disp. 13. §. 41.* Sicut autem in concursu Creditorum ejusmodi creditor conditionalis rectè citatur, Tessaur. 3. *quest. forens. 51.* Salgado 1. *Lab. cred. 8. n. 24. & seqq.* ita & hic in possessionem bonorum mittitur, *l. 6. ff. ex quib. caus. in poss. eat. quæ missio omnibus creditoribus tum prod-est, cum & reliquorum nomine immixtus possideat, l. 12. ff. de reb. aut. jud. poss. l. 5. §. si plures. ff. ut in poss. legat.*

### TH. XXIIIX.

*An Lega-  
tarius?*

Annumeratur quoq; creditoribus defuncti jureq; separationis gaudet Legatarius, *l. 4. §. 1. & l. 6. pr. ff. b. t.* ubi Bart. Zas. & Zoës. *n. 2.* Mejer *in Coll. Arg. b. §. 2.* Hahn. *ad Wesenb. b. n. 3.* Et si enim defunctus huic nondum fuit obligatus, utpote morte non-  
dum

dum subsequuta, quia tamen obligatio ex ejus voluntate dependeat, creditor merito habetur, conditioq; hujus melior est quam creditorum heredis, *l. 40. ff. de O. & A. Cujac. in Salv. Julian. lib. 46* Arnold. ab Haersolt *6. de act. 46. n. 3.* hereditarium enim æs alienum intelligitur etiam id, de quo cum defuncto agi non potuit, veluti quod is, cum moreretur, daturum se promisisset; Verba sunt Gaji *in l. 7. pr. ff. de reb. aut. jud. poss. Flam. de Rubeis 2. conf. 27. n. 44.* quod verum est non saltem in legatis puris, sed & conditionatis, horum enim ratione vel suã die solvendorum nomine Cautio merito præstat, *l. 1. §. 1. ff. ut legat. nom. cav. Zas. ad d. l. 4. §. 6. b.* quod si non fit, & hic immissio jure petitur, *l. pen. §. 1. ff. quib. ex caus. in poss. eat. Corvin. in God. 7. tit. 72. n. 12.*

### TH. XXIX.

Hoc tamen intelligendum est, dimissis creditoribus, qui cum defuncto contraxerunt, Wesenb. *in par. b. n. 3.* ubi Hahn. *in Obs. pract. n. eod.* Cujac. *in Salv. Jul. lib. 46.* Hillig. *in Donell. 23. c. 16. B.* hi enim saltem de damno vitando, ille verò de lucro captando laborat, Zas. *ad d. l. 4. §. 6. b. n. 4.* neq; debentur legata, nisi deducto ære alieno defuncti, *l. 1. §. 18. ff. ad SCt. Trebell. l. 1. §. 11. §. 12. ff. si cui plus quam per L. Falc.* quo exsoluto, ex residuo legatarius vel solidum vel partem, vel si nil superest, planè nihil consequitur, legatumq; evanescit, *l. 6. in f. pr. ff. h. r.* Richt. *de P. C. 1. n. 6.* quod ut dictum, obtinet in defuncti legatario; Legatum autem, quod defunctus debuit, ab ejus antecessore relictum, potius est omnibus defuncti debitis, Angel. *ad Rubr. C. de bon. aut. jud. possid. Zas. d. l. n. 4.* J. Bapt. Asini *9 de execut. §. 7. c. 21. n. 3.* beneficio tacitæ hypothecæ, quo gaudet legatarius in bonis legantis, *§. 2. Inst. de legat. l. 1. §. 1. fin. §. 2. C. comm. de legat. l. 4. §. 1.* ubi Bart. & Andr. Barbat. *ff. h. r.* Angel. *in l. quod legatur. ff. de re jud. Jul. Clar. §. testamentum. quest. 70.* Covarruv. *in cap. Raynutius. §. 10. n. 2. de testam. Dn. Carpz. 1. Const. 28. def. 117. n. 3.* Joh. Harppr. *ad d. §. 2. n. 19. Inst. de legat. Dn. Klock. 3. conf. 120. n. 22.*

### TH. XXX.

Idem jus Separationis obtinet etiã in fideicommissis, propter An Fidei-generalitatem *l. 2,* ubi Cyn. Salyc. & Castrenf. *C. de bon. aut. jud. commissarius?*

poss. Cujac. in Julian. d. l. cujus eadem est natura ac legatorum, Herm. Vultej. in §. heres 5. Inst. de O. Q. Q. E. C. nec non in donatione mortis causâ, in genere factâ, l. 15. in f. l. 17. & l. 37. ff. de mort. caus. don. l. 2. ff. de publ. in rem act. quia & hæc adæquata est legatis, Pac. in analys. Cod. de mort. caus. don. n. 5. Mejer. in Coll. Arg. eod. tit. §. 3. Si tamen res in specie vel donata vel legata, ea utpote à patrimonio heredis ipso jure separata per rei vindicationem obtineri potest, utpote quæ rectâ viâ in legatarium transit, l. 80. ff. de leg. 2. l. 64. in f. ff. de furt. Menoch. de presunt. 4. pres. 159. n. 20. Legatario licet & alia competant remedia, actio scil. hypothecaria ex jure tacitæ hypothecæ, quo testatoris bona sunt obstricta, §. preced. in f. & personalis ex testamento adversus heredem, ex aditione hereditatis ceu ex quasi contractu, l. 82. ff. de leg. 1. l. 3. C. de legat. ex quo tanquam Instrumento garentigiato in foro Sax. agi potest, per Ordin. provinc. de anno 1555. Rubr. Versagt Brieff und Stegel. Dn. Carpz. 3. Const. 13. def. 35. per tot.

TH. XXXI.

An Creditor ex delicto?

Cur autem Creditor ex delicto hõc beneficio uti prohibeatur, rationem non videmus, nisi quòd inter hunc & Reum nulla intercescit obligatio ex conventionione descendens. Verùm cum nemo ignoret, etiam ex delicto tùm publico tùm privato oriri obligationem, l. 2. §. post originem. ff. d. O. J. l. 1. C. ad L. Cornel. de fcar. §. 1. Inst. de O. Q. E. D. N. factõq; illicito contrahi quasi vel cum Magistratu, vel privato, vel utroq; ; cujusmodi contractus dicuntur mali in l. 52. ff. de re jud. suntq; μονόπλευροι, h. e. ex uno tantùm latere adstrictorii, nulloq; consensu, nec vero nec præsumto constituti, sed commisso delicto invitum obligantes, Dn. D. Wirth. p. m. in Not. ad pr. J. de O. Q. E. D. N. utiq; creditum hoc suo modo non desinit esse creditum, l. 4. ff. de V. S. l. 12. ff. eod. ubi Goedd. n. 8. Rectè ergò separationem postulabit, cui ex actione furti, injuriarum, aliisq; delictis aliquid debetur, concurrentibus creditoribus delinquentis & heredis; Modò actio morte Rei non perierit, lite scil. nondum contestata, ubi actiones pœnales ex maleficio in heredes non dantur, l. 1. ff. de priv. delict. §. 1. Inst. de perp. & temp. act. Tenentur autem lite vel contestata, l. 26. ff. de O. & A. d. l. 12. ff. de V. S. l. 28. de popul. act. l. un.





*l. un. C. ex delict. defunct.* aut si ad heredes quid pervenerit, *l. 5. ff. de calum. l. 44. de R. J. Perez in C. d. tit. ex delicto def. n. 3.* ne alieno ditentur scelere, ut loquuntur Impp. Dioclet. & Maxim, in *l. un. C. ex delict. def. in quantum her. conven.*

### TH. XXXII.

Bonis ita separatis, unum heredis patrimonium, quod a- *Heredi si*  
ditione quasi coaluerat, *l. sed si plures §. 2. ff. de vulg. & pup. subst. quid obve-*  
*l. 1. §. 16. ubi Zas. n. 14. ff. de A. P. Chassan. in consuet. Burgund. nerit in-*  
*Rubr. 7. §. 12. Cephal. 5. conf. 665. n. 1.* dividitur in duo, & una *intu bon.*  
persona, quæ fingitur esse heredis & defuncti, quasi dividitur in *separatorū*  
duas, Gl. in *l. 1. pr. ff. b. t. Cujac. in Papin. & Paul. bonaq; defun-* *an Credito-*  
cti perinde veneunt, ac si hereditas nunquam fuisset adita, arg. *tores def.*  
*l. 1. §. 6. ff. b. t. Schneidw. ad §. pen. n. 26. Inst. de hered. qualit. & ad illud*  
*differ.* in quibus creditores hereditarii potiores, imò soli sunt, ita *admitten-*  
ut ne attingere quidem ea creditores heredis possint, nisi dimissis *di?*  
illis aliquid supersit, *l. 1. §. 17. ff. b. t. ubi Næv. in system. jur.*  
*Manz. in patroc. debit. 3. c. 10. n. 48. & seqq. Coll. Argent. hic §. 7*  
Quod si verò factâ separatione heredi intuitu hereditatis aliquid  
obvenerit, & è re nata quasi aliquid is acquisierit? Modò nō ex a-  
lia causa quàm ex dicta hereditate heredi aliquid accesserit, ad  
hoc creditores defuncti adhuc admittendos esse decedit Paulus  
in *l. 5. pr. ff. b. t. ubi Næv. in syst. n. 1. Cujac. in Paul. lib. 13. Manz.*  
*d. q. 10. n. 100. in f. Daoyz. tom. 7. jur. civ. verb. Separatio.*

### TH. XXXIII.

Creditores hereditarii ex bonis separatis defuncti si soli- *Heredita-*  
dum non sunt consecuti, an ratione residui ad bona heredis redi- *rii an fa-*  
re & cum ejus creditoribus concurrere possint? non omni ca- *ta Sep. ra-*  
ret dubio, cum & heredis creditoribus hoc liceat, si dimissis cre- *tione resio-*  
ditoribus defuncti ex ejusdem bonis aliquid supersit, *l. 1. §. 17. dui cum*  
*l. 5. vers. sed si illis, ff. b. t. Ant. Matth. de aucton. publ. 1. c. 20. n. 21. cred. be-*  
Sed omnem his præcludit viam; Ctus Paulus non saltem quoad *redis con-*  
concurrentiam cum heredis creditoribus, sed & dimissis illis, vel *currere*  
si ex heredis bonis multum supersit, *in d. l. 1. §. 17. & l. 5. in. pr. & possint?*  
*fn. ff. b. t. ubi Næv. in system. jur. n. 21. & seqq. Dn. Ordina-*  
*rius in notis ad Scotan. sub hoc tit. nec non Gl. & Zasius multa*  
*mirabilia*

*mirabilia hec promittens.* Bona namq; defuncti non possunt augmentum recipere ex bonis heredis factâ separatione, quæ ipsos creditores separavit, *d. l. 5. ff. b. t.* ubi Dn. Hahn. *in Obs. theor. pract. n. 3. in f.* Dn. Richter *de P. C. l. n. 162. & seq.* Salgado *Lab. cred. l. c. 9. n. 41. & seqq.* Suæ itaq; imprudentiæ & simplicitati impensû ferat creditor hereditari9, quod à persona heredis recesserit, separationemq; petendo bona minùs idonea idoneis prætulit, *d. l. 1. §. 17. & l. 5. ff. b. t.* Cujac. *in Paul. lib. 13. & Papin. lib. 27. Matth. de auct. d. c. 20. n. 22.* electione hæc postea semper obstante, viaq; illa semper ambulandâ, *c. qui semel 21. de R. 7. in 6. Lucius de privil. scholar. 65. p. 373.* quod de creditoribus hereditariis dici, illisq; quicquam imputari nequit, utpote qui separationem non petierunt, sed in eam per factum tertii inciderunt, hæc differentiæ ratione indigitatâ ab ipsomet Jcto *in d. l. 1. §. 17 & l. 5. ff. b. t.* quibus textibus tn. videtur adversari nonnihil *L. 3. §. ult. ff. eod.* de cujus conciliatione in ipso conflictu videbimus.

#### TH. XXXIV.

*Erranti,  
decepto vel  
Minori an  
post Sepa-  
rationem  
succurra-  
tur?*

Quod si verò creditor hereditarius sit minor, aut dolo deceptus, aut alia justa erroris causa subsit, non immeritò ipsi succurrendum erit, vel solâ æquitate hoc svadente. Prætor enim hanc semper ob oculos habens, & hac in parte suum non denegat imploranti auxilium, sed læso veniam, restituendo ipsum in integrû pollicetur *in l. 1. §. 17. inf. ff. b. t.* Gl. *in d. l. 1. pr. eod.* Cujac. *in Papin. lib. 27.* quam meretur justus error aut ignorantia, *l. 11. §. 11. ff. de interrog. in jur. fac.* cujus rei exemplum ponit post gl. *in d. l. 1. §. 17.* Bart. & Zasius *hic*, si scil. tempore petitiæ separationis multa adfuerint bona, defuncti propria reputata, sed tamen aliena, aut si res furto substracta, incendio, ruina, aliq; casu fortuito perierit aut deminuta fuerit, quod quidem in casu posteriore non admittit Dn. Mejer. *in Coll. Arg. hic. 0. 7.*

#### TH. XXXV.

*An credi-  
tor possit  
petere Se-  
parationē.*

Non inscita est quæstio, sed ex mente Zassii *in l. 3. b. t.* in Conviviis literatorû proponenda: Titio, qui debitor erat Flacci, herede existente Valerii fidejussoris, ejusq; hereditatem ad eunte, quæ ob concurrentiam creditorum cum bonis Titii est vendenda,

denda, An creditor Flaccus, qui ex bonis fidejussoris quàm debitoris suum melius consequi sperat, utriusq; patrimonii possit petere separationem? Non quidem est de nihilo confusio obligationum hic contingens, per quam fidejussionis nexus videtur esse solutus & accessorium à principali absorptum; absurdum quoq; debitorem esse fidejussorem sui ipsius, *l. 5. § 14. ff. de fidejuss. l. 24. C. eod.* Sed concedimus hæc in persona debitoris fidejussori succedentis, ut creditori suo, & vice versâ. Quod si verò, quemadmodum heic Flaccus, tertius intervenit creditor, huic sanè successio illa & confusio non potest esse nociva, nec obligatio fidejussoria extincta, utpote qui ab initio sibi diligenter prospexit; Factum ergò tertii ipsi præjudicare jusvè suum sine facto suo auferri nequit, *l. 3. pr. ubi Bart. & Dd. ff. b. t. Cujac. in Papin. lib. 27. Mejer. in Coll. Arg. hic. §. 2. Monticul. de Inventar. n. 172. Zaf. & Zoëf. h. n. 2.* Et debitor hic etsi non solvat fidejussorio nomine, ex bonis tamen solvit fidejussoris, pulchrè Zafius *d. l.* Sicut ergò creditori ab initio fuit electio, agere vel adversus debitorem vel fidejussorem, *l. 2. § 5. C. de fidejuss.* ubi Perez. *n. 21.* ita & nunc; idq; eò magis debitore non solvendo existente, ubi exceptio excussionis planè cessat, cum quæ sunt certa, amplius non sint certioranda, Anton. Hering *de fidejuss. l. c. 27. n. 199.* Andr. Gail. *2. Obs. 27. n. 14.* Joh. Zanger *de except. 2. c. 16. n. 15.* quæ jure Novellarum hodie, nisi eidem specialiter sit renunciatum, semper præcedere debet, *Auth. presente. C. de fidejuss. Nov. 4. c. 1.* Rittershus. & Matth. Stephan. *n. 17.*

### TH. XXXVI.

Sed quid si creditor hic ex bonis fidejussoris separatis solidum non sit consecutus, patebitné ipsi ratione residui regressus ad bona debitoris principalis? Negandum hoc quis dixerit ex *l. 1. ne residui §. fin. ff. b. t.* Sed ratio diversitatis, quam & insinuat Jctus ipse in *pateat redd. l. 3. §. 1. ff. b. t.* petenda ex *th. preced.* debitor namq; hic non consideratur ut heres, sed tanquam ipse principalis, ejusq; bona tanquam defuncti, Cujac. *in Papin. d. l.* Sicut itaq; eidem creditori licuit partem petere à principali, partem à fidejussore; Vel si bona fidejussoris à debitore non adita vendidisset, ratione residui ad principalem adhuc potuit recurrere, *l. 5. § 23. C. de fidejuss.*

D

juss.

*juss. Cujac. d. l. Ita creditor hic optumè potest experiri pro conle-  
quenda parte, quam ex fidejussoris bonis separatis recuperare  
non potuit, Zasius ind. l. 3. §. 1. ff. b. t. Næv. in system. jur. & Me-  
jer. h. θ. 4.*

### TH. XXXVII.

*An heredi  
competat  
beneficium  
Separatio-  
nis?*

Ex prædictis jam facilè judicium sumere licet de personis, quænam hujus beneficii non sint capaces. Excluditur autem præprimis Heres, ex asse puta; Si enim est creditor defuncti, habeatq; coheredes, ab his posse petere partem, quæ detractâ portione sua hereditatis deficit, diximus suprâ θ. XXII, Ratio exclusionis recumbit in aditione hereditatis, per quam heres dicitur contraxisse cum creditoribus hereditariis, l. 3. §. f. cum l. seq. ff. quib. ex caus. in poss. l. 8. ff. de A. vel O. H. seq; illis sponte obstrinxisse, l. 16. C. de jure delib. Hærsolt 6. act. 46. n. 5. Sux ergò imputet facilitati, quod hereditatem non solvendo existentem adierit, suumq; quasi jactaverit, Wesenb. in parat. h. n. 5. Zoël. in comment. ad ff. b. t. Tulden. in Cod. 7. tit. 72. n. 6. Perez, ad eund. tit. n. 19.

### TH. XXXIIX.

*An heres  
vel saltem  
jus Compe-  
tentia ha-  
beat?*

Non planè aliena est huic Themati quæstio: An non heres in bonis defuncti ad ejusdem creditorum instantiam separatis possit saltem beneficio Competentiæ uti? Sed & hoc ipsi denegatur, quia donec omnibus defuncti creditoribus satisfactum, nihil juris heres in his habet, nec attingere ea ipsi licet, Surd. de alim. 1. quæst. 94. n. 14. Salgado Labyr. cred. 1. c. 24. n. 126. nec non argumento Legitimæ ad alimenta ducto, quæ nec liberis debentur, nisi dimissis creditoribus, Dn. Carpz. 1. Const. 28. def. 157. qui certant de damno vitando, herede saltem de lucro captando laborante, hereditas siquidem est titulus lucrativus, arg. tot. tit. C. pænis fisc. credit. præferri. Schneidw. ad §. item si quis in fraudem. n. 31. Inst. de action. Nec multum gravatur heres, quia nihil de suo ipsi decedit, sed tantùm nihil de alieno accedit; facilius autem remittuntur sperata quàm possessa, quærenda quàm acquisita, l. 8. pr. ff. de transact. l. fin. C. de A. vel R. P. Manz. in patroc. debit. 3. quæst. 10. n. 52. Steph. Daoyz. tom. 7. jur. civ. verb. Remittere.

TH, XXXIX.

## TH. XXXIX.

Excipiuntur in denegatâ Separatione I. Heres, qui susce- *Heredi fi-*  
 ptam hereditatem adire & eandem postea alii restituere iussus, *duciario*  
 deinde non sit, cui restituat; Quo in casu subvenitur ipsi adver- *& Patro-*  
 sus creditores hereditarios, bonaq; testatoris perinde veneunt, ac *no an com-*  
 si hereditas nunquam adita fuisset, per textum expressum *in l. 1. petat Sep.*  
*§. 6. ff. b. t. ubi Nævius in system. jur. & Mejer in Coll. Argent. b. 9. 1. beneficiū?*  
 Richter. *de P. C. 1. n. 76.* II. Patronus, hereditatem defuncti li-  
 berti tanquam sibi debitam petens, qui ut eam uberio-  
 rem habeat, postulare potest separationem ab ea hereditate, quam Li-  
 bertus vivus adiit damnosam, ne admisis creditoribus prioribus  
 sive hereditariis Patronus aut nihil aut minimum consequatur,  
*l. pen. §. un. ff. b. t. ubi Zas. & Zoëf. n. 3. Ant. Matthæi de Judic.*  
*Disp. 13. 8. 44. Cujac. in Salv. Jul. lib. 46. Corvin. in Cod. 7. tit. 72.*  
*Mejer. in Coll. Arg. b. 1. æquitate hoc svadente, quia libertus*  
*in fraudem Patroni non debuit se immiscere oneribus haud ne-*  
*cessariis, Richt. de P. C. 1. n. 78. & seqq. quam quæstionem & ho-*  
*die utilem esse putat Zasius d. l. propter Monasteria & Nobiles*  
*hominibus suis in certa parte succedentes, ne nimis onerentur.*

## TH. XL.

III. Servus item necessarius cum libertate institutus bona sua *An servo*  
 post aditionem acquisita separare potest à bonis Domini sive *necessario*  
 Patroni, de quibus aliàs teneretur ante separationem; Ita ut *cum liber-*  
 jam alii fiant creditores servi, alii verò Domini, *l. 1. §. f. ff. b. t. tate insti-*  
 ubi Gl. & Zoëf. n. 3. Zasius *in d. l. Donell. 7. Comment. jur. ci-*  
*vil. 1. Corvin. in Cod. 7. tit. 72. Ant. Matthæi de judic. d. Disp. 13. 8.*  
*44. in f. quam libertatem servus etiam sine libertatis mentione*  
*hodie acquirit, hōc ipso enim, dum adit, fit liber, §. 2. Inst. quib.*  
*ex caus. manum. non lic. tot. tit. C. de necess. serv. hered. instit. Gl. &*  
*Zas. ad d. l. 1. §. f. b. t. Hujus exceptionis ratio itidem recumbit*  
*in sola æquitate, ut qui in uno gravatur, in altero releveretur,*  
*l. 30. pr. ff. de jurej. Gravatur autem servus hic necessarius, invi-*  
*tus ad adeundam hereditatem etiam damnosam compulsus, quā*  
*alii heredes impunè repudiant, §. 1. Inst. de hered. qualit. & differ.*  
*l. 6. §. f. ff. de hered. instit. Johann. Schneidw. ad d. §. 1. d. tit.*

Quæ aditio necessaria introducta fuit in favorem Domini sæpe pauperis, qui institutione hac succurrebat famæ suæ, ne hæc cum bonis simul quasi distraheretur, quod ignominiosum erat teste Cicer. in Orat. pro Publ. Quint. Hinc si venditio contingebat, nomine heredis, non defuncti facta censebatur, §. 1. Inst. quib. ex caus. in num. non lic. creditorq; agendo non poterat perere se mitti in possessionem bonorum defuncti, sed heredis, l. 65. §. 2. ff. de solut. Schneid. d. l. n. 3. & seqq.

### TH. XLII.

An credi-  
toribus he-  
redis?

Succedunt heredis Creditores, allegantes forsan exemplum hereditariorum, alteriq; per alterum, heredem putà adeuntem, iniquam conditionē sibi non posse inferri, adeoq; totum mundū beneficium hoc Separationis ipsis indulturum sibi persvadentes, prout loquitur Zas. ad l. 1. §. 2. ff. b. t. Sed repellit hos JCtus inculcando ipsis diversitatis rationem in d. l. 1. §. 2. quia scil. licuit heredi adjiciendo sibi creditorem, ejus conditionem facere deteriore, eumq; per aditionem hereditatis non solvendo existentis onerare, Gl. in l. pen. in f. C. de hered. act. Mayner. & Petr. Fab. in l. 19. de R. J. Hillig. ad Donell. 23. tit. 16. lit. D. Cujac. in Papin. lib. 27. Ant. Fab. in Cod. 7. tit. 32. def. 15. Perez in C. 7. t. 72. n. 19. Corvin. adeund. tit. Id quod de creditore hereditario dici nequit, utpote qui cum herede, sicut ejus creditor fecit, nunquam contraxit, neq; de eo semel cogitavit, sed forte fortunā in illum incidit, l. 1. §. 1. & seq. ff. b. t. Ant. Marth. de auct. publ. l. c. 20. n. 21. Bernh. Schotan. in exam. jur. b. t. ubi Dn. D. Brunne-  
mannus in not. Salgado Labyr. cred. 3. c. 13. n. 65. ille verò cum  
damnum patitur, sibi imputet, qui cum fraudulento contraxit,  
cujus conditionis debuit esse gnarus, l. 19. ff. de R. J. ubi May-  
ner. & Petr. Faber.

### TH. XLIII.

Quod si verò heres in dolo versatus sit, & in fraudem suo-  
rum creditorum hereditatem adierit, adhucné erunt ejus cre-  
ditores expertes hujus beneficii? Duriusculè iterum respondet  
JCtus insistendo pristinae rationi, omnemq; culpam ipsis impu-  
tando in l. 1. §. 5. ff. b. t. Ast in agone ferè constitutis frigidam  
quasi

quasi adspergit, & spe potiundi ad Prætorem illos remittit *in d. l. 1. §. 5. in f.* succurrentem illis non quidem vigore hujus edicti, sed extra ordinem, quia nullum heic proditum est remedium ordinarium, *d. l. ubi gl. & Nævius in syst. jur. hic. Oldendorp. 5. cl. 15* restituendo illos ex capite doli mali, quia heres in necem suorum creditorum apertè cumulavit credita. Movetur autem Prætor ex merâ æquitate; nec tamen semper, sed rarò ac difficiliter, ac ne vix aut ne vix quidem, *d. l. 1. §. 5. in f. ubi Godofr. in not. R. & Zas. n. 3. & seqq.* ubi notat ofores juris civilis, æquitatem non, rarò cerebrinam sibi fingentes & juri scripto repagula ponentes, cum tamen Jctus tanta difficultate heic ab illo recedat,

### TH. XLIII.

De herede fiduciario beneficium separationis habente diximus *§. XXXIX.* Sed si ipse hoc omisit, an ejus creditores illud impetrare poterunt? Ita est per *l. 1. §. 6. in f. ff. b. t.* ubi Gl. Nævius & Mejer *b. §. 1. Richter de P. C. 1. n. 76.* etiam invitò ac prohibente herede, Godofr. *ad d. §. tit. 3.* Ex quo datur exceptio, posse quem jure tertii nonnunquam uti, etsi tertius eo non utatur. Et hoc etiam ex æquitate, ne sine facto suo periculum quis incurrat. Facilius autem impetratur, quia heres non sponte sed coactus & ad promovendum commodum fideicommissarii adivit; Improperia verè dicitur hæc Separatio *in d. l. 1. §. 6. in f.* quia nulla præcessit commistio, quam præsupponit separatio, illis cum heredis bonis nondum coadunatis, Zas. *ad d. l. 1. §. 6. n. 2.* ubi notat, dari hîc qualitatem non entis, privationemq; non semper præsupponere habitum, separatione concessâ, ubi nulla datur bonorum commixtio.

*An creditoribus heredis fiduciarii?*

### TH. XLIV.

Visis bonis Separationi obnoxiiis, nec non personis hujus beneficii capacibus & non capacibus, conjectura facilè datur de illis, contra quos hæc petatur. In hunc censum itaq; veniunt principaliter heres ex *§. VI. & XXXVII.* ejusq; creditores ex *§. XLI.* etiam in bonis defuncti hypothecam nactos ex *§. XVII. & XIX.* contra coheredes respectu crediti, *§. XXII.* contra substitutum pupilli, *§. XXIV.* contra creditores militis paganicos, *§. XXVI.*

*Contra quem hoc beneficium petatur?*

*An contra fiscum & municipium?* §. XXVI. contra debitorem, heredem fidejussoris sui, §. XXXV. contra creditores hereditarios, §. XLI. Sed an contra fiscum & municipium? Affirmatur hoc expressè in l. 1. §. 4. ff. b. t. ubi Gl. & Nav. in system. jur. Mejer. in Coll. Arg. b. §. 4. nec non ex constitutione D. Claudii, quo filii peculium separatur à bonis patris à fisco propter debitum patris occupatis, ne in eo fiscus quicquam juris habeat, l. 3. §. utrum. vers. ult. ff. de minor. Arnold. Corvin. in Cod. 7. tit. 72.

### TH. XLV.

*Heredis creditoribus quid juris post factâ Sep. superfit?*

Cum herede ejusvé creditoribus cum nobis adhuc res sit, quos paucissimis casibus exceptis ab hoc remedio repulimus à creditoribus hereditariis, in bonis defuncti se solos gloriantibus non parùm vexatos, prout dictum §. V. non possumus reticere effectus separationis singulares, heredis creditoribus non parùm proficuos. Etsi enim hereditariis separatione semel petita non patet regressus ad bona heredis, §. XXXIII. hujus tamen creditores I. Dimissis hereditariis, si quid superest, ad bona defuncti admittuntur ratione ejus quod ipsis deest, l. 1. §. 17. l. 3. §. 2 & l. 5. vers. sed si. b. t. ubi Dd. Joh. Andr. in not. ad Speculat. 4. p. 2. tit. de eo qui mitt. in poss. lit. E. Mejer. in Coll. Arg. hîc. 6. 7. in f. Etsi enim illorum jus, donec creditoribus hereditariis satisfiat, quodammodò dormiat, solutione tamen factâ, cessante scil. causâ separationis, reviviscit, §. XIX. adeoq; in residuo illo heres non desinit esse heres, l. 88. ff. de hered. inst. Matth. de aucton. publ. 1. c. 20. n. 21. II. Hereditarii licèt petita separatione in herede, quia ab eo recesserunt, nihil juris amplius habent, §. XXXIII. hujus tamen creditores debitorem suum, donec vivit, jure proprio, non hereditario habent obligatum, qui in posterum acquirere suisq; plenè satisfacere potest, l. 5. ff. b. t. Cujac. in Jul. Paul. lib. 13, Mejer. in Col. Arg. b. §. 7. inq; ejus bona non solventis mittuntur, quæ habuit non solum tempore aditæ hereditatis, sed & postea ex alia causa acquisivit, Zas. in d. l. 5. b. t. Daoyz. tom. 7. jur. civ. verb. Separatio.

### TH. XLVI.

*Novatione cum here-* Ex hætenus dictis jam liquet, hoc Indemnitate remedium non omnibus dari creditoribus, nec de omnibus bonis, prout loquitur



quitur Hug. Donell. 23. *Comment. jur. civ. 15. pr.* Sed an omni tem- *de factâ*  
pore concedatur, discutiendum restat. Impeditur autem vel etiâ *an cesset se-*  
dissolvitur Separatio vel ex facto creditorum, vel ex Re ipsa. Ex *paratio?*  
facto creditorum, si personam heredis ejusq; fidem sunt secuti;  
Veluti si I. Animo novandi quis ab eo stipulatus sit, l. 1. §. 10. ff. b.  
t. ubi Butrig. & Sebast. Næv. in *syst. jur. n. 10. l. 2. inf. C. de bon. aut.*  
*jud. poss.* ubi Gl. Bald. & Castrens. nec non Arnold. Corvin. *ad*  
*Cod. 7. tit. 72.* Tuld. in *C. cod. tit.* dicendo: Tu es heres defuncti,  
promittisne te soluturum creditum meum? ipso respondente:  
Promitto, Zas. in *d. l. 1. §. 10. b. n. 1.* provisio namq; hominis tol-  
lit provisionem legis, arg. l. 3. *C. de testam. tut. l. fin. C. de pact. con-*  
*vent.* Mod. Pistor. 1. *quest. 48. n. 51.* nec solet caveri ei, qui sibi  
præcavit, l. 1. §. 3. *§. bi quoq; ff. ad SCt. Syllan.* Cujac, in *recit. Cod.*  
*ne tut. vel curat. vectig. conduc.*

### TH. XLVII.

Licet autem jure antiquo per quodlibet additamentum vel  
rei vel personæ inducatur novatio, l. *pupillus. §. qui actum. ff. de no-*  
*vat. l. 3. pr. ff. de duob. Reis.* Imola in *l. 1. ff. de deleg.* hodie etiam  
præsumptioni, quæ oritur ex mente contrahentium, multum tri-  
buatur à magni nominis JCrts, Mascard, *de probat. 2. concl. 11 n.*  
*18. & seqq.* Zanger. *de except. 3. c. 5. n. 116.* Andr. Gail. 2. *observat. 30*  
Andr. Fachin. 3. *controvers. jur. 92.* Zasius quoq; in *d. l. 1. §. 10. b. r.*  
hoc ampliando putet sufficere, si heres simpliciter, licet non ani-  
mo novandi, solutionem promississet: Hoc tamen cum non con-  
gruat Legislatoris nostri intentioni, de enixa mente heredis &  
consensu creditoris expresso hæc constare debere putamus, moti  
sanctione Imp. Justiniani in *l. fin. C. de novat.* ubi Salyc. corri-  
gente jus antiquum & expressionem requirente, Ant. Fab. in  
*Cod. 8. tit. 28. def. 11. n. 3.* Dn. Carpz. 2. *Constit. 19. def. 14.* Raph. de  
Turry in *tract. de cambiis, Disput. 2. quest. 12. n. 8.* Mantic. *de tac. &*  
*amb. convention. 17. tit. 3. n. 11.* Perez. *ad d. l. fin. C. de novat. n. 6.*

### TH. XLIIIX.

Cessat insuper Separationis beneficium, si II. creditor usu- *An usura-*  
ras ab herede, ipsum quasi eligendo, acceperit, d. l. 1. §. 10. ff. b. t. *rū, pigno-*  
ubi Gl. in *verb. usuras.* Zas. & Zoës. n. 4. Perez. & Corvin. *ad l. 2. C.* *ris vel fide-*  
*de reb.*

*jussoris ac-  
ceptatio-  
ne?*

*de reb. aut. jud. poss.* non quidem à defuncto debitas, sed ab here-  
de è renatâ promissas, Richter. *de P. C. l. n.* 126. III. Si creditor  
ab herede pignus acceperit; sufficit enim qualiter qualiter ejus  
fidem sequi, *l. 1. §. 15. ff. b. t.* ubi Zas. & Nævius *in system. jur. n.* 19.  
Salgado *1. Labyr. cred. 9. n.* 40. vel IV. Fidejussores, quamvis  
inidoneos, sibi namq; imputet, suum quod quasi jactaverit mi-  
nus idoneum accipiendo, *l. 1. §. 11. ff. b. t.* ubi Zas. & Zoës. Cor-  
vinus & Perez. *ad d. l. 2. C. de reb. aut. jud. poss. n.* 20. Daoyz *dict.*  
*loc. tom.* 7.

### TH. XLIX.

*An judicii  
dictatio-  
ne?*

Quid si creditor heredi judicium dictaverit, proponendo  
actionem, vel etiam litem contestando, an ejus fidem secutus  
dici poterit? Urget quidem nonnihil creditoris incogitantia &  
litis contestatio, per quam dicitur quasi contrahi inter actorem  
& reum, *l. 3. §. 11. ff. de pecul. l. 57. ff. de solut. l. 20. ff. de petit. hered.*  
Sed negatur hoc expressè per textus binos eisdemq; solennes *in*  
*l. fin. ff. b. t.* ubi Mejer. *in Coll. Arg. 8. 2. Næv. in syst. jur. b. t. l. 2.*  
*in f. C. de bon. aut. jud. poss.* ubi Gl. Bald. Tulden. & Corvinus.  
ex necessitate enim hoc factum est, perveniendi scil. ad suum, *d. l.*  
quæ est causativa & supposititia, non præcisa vel absoluta, Zas.  
*in d. l. fin. ff. b. t.* in necessitatibus autem nemo præsumitur libe-  
ralis vel recedere à jure suo, *l. non solum. ff. de liber. leg. nec cau-  
sam suam quis deteriore facit litem contestando, l. 88. ff. de*  
*R. 7. l. 29. ff. de novat.* Hahn. *ad Wesenb. b. t. n.* 4. Wesenbec. *4. Conf.*  
*154. n.* 9. neq; fidem alterius sequi quis dicitur qui compulsus  
judicium alicui dictaverit; aliud autem est, si quis satis sibi ca-  
veri fecit sine necessitate, Bald. & Butrig. *in d. l. 2. C. b. t.* Zas.  
*ad d. l. f. b. t. n.* 3. Quem etiam alium posset convenire creditor,  
nisi heredem, Pac. *in analys. Cod. b. t. n.* 19. Perez. *ad dict. tit. n.* 20.  
Integra ergò adhuc est separatio etiam herede ad solvendum  
condemnato, Surd. *decis.* 310. Tessaure. *quest. for. 55. n.* 1. & 8.

### TH. L.

*Quid si  
bona de-  
bitoris ti-*

Reipsa impeditur vel dissolvitur Separatio: I. Si bona  
jure hereditario non quæsitâ, sed alio titulo singulari, sive one-  
roso sive lucroso ad heredem pervenerunt, V. gr. si heres fun-  
dum

dum quidem possideat, qui defuncti fuit, sed vel venditionis, *tulo singu-*  
*vel permutationis, vel donationis titulo ad heredem pervenit, lari ad he-*  
 Donell. 23. *comment. j. civ. 16. in pr. ubi Osw. Hillig. in pr. Corvin. dem per-*  
*in Cod. 7. tit. 72. Dn. Carpz. 4. resp. Elect. 18. n. 9. Richter. de P. C. venerint,*  
*1. n. 146. & seq. totus namq; titulus ff. de separat. non nisi de here-* *vel res ven-*  
*de vel successore universali, non particulari agit, adeoq; minus dita sit?*  
 rectè ad hunc extenderetur, Wesenbec. *in parat. b. Dn. Carpz.*  
*d. l. II. Si bona, quæ quidem hereditaria fuerunt, sed patri-*  
*monio heredis conjuncta esse desierunt, v. gr. si heres heredita-*  
*tem bona fide vendidit, l. 2. ff. b. t. ubi Zas. & Zoël. n. 4. Næv.*  
*in syst. jur. b. Dn. Carpz. in Jurispr. for. 1. Constit. 28. def. 10. in f.*  
*Salgado Labyr. cred. 1. c. 9. n. 24. Perez. in Cod. 7. tit. 72. n. 20. he-*  
*reditas autem vendi potest, tot. tit. ff. & C. de hered. vel act. vend.*  
 Et licèt alienationem ejusmodi rescindendam esse, nec credito-  
 ribus defuncti hâc præjudicari posse, Senatus Mantuani judica-  
 to nixus statuat Tessler. 3. *quest. forens. 55. n. 8. intelligendus ta-*  
 men hic de alienatione in fraudem creditorum facta, ubi bona  
 per actionem Paulianam revocantur, *l. 1. §. ait Prator. & tot. tit.*  
*ff. que in fraud. cred. § 6. ubi Mynsing. Hotom. & Borcholt Inst.*  
*de Action. Cujac. 12. obs. 5. Zas. ad d. l. 2. ff. b. t. Haersolt 6. de a-*  
*ction. 47. Quæ autem ante petitam Separationem gesta sunt, rata*  
 manent, *l. si non 6. §. 1. ff. de reb. aut. jud. poss.*

## TH. LI.

III. Si bona hereditaria cum bonis heredis ita commixta & *Separatio*  
 confusa sunt, ut ea sejungi & separari nullo modo possint, *l. 1. an impe-*  
 §. 12. *ff. b. t. ubi Wesenb. in parat. & Hahn. n. 4. Treutl. 2. disp. 24 diatur bo-*  
 §. 5. *H. Dn. Carpz. 4. resp. 18. n. n. Perez. in Cod. 7. tit. 72. n. 20. pro-* *norû con-*  
 pter impedimentum scil. naturæ in rebus omnem separationem *fusione &*  
 respuentibus, ut in vino, oleo, frumento, nummis, *l. 78. ff. de commix-*  
*solut. & liberat. §. 27. & seq. J. de R. D. Si tamen de qualitate & tione?*  
 quantitate earum aliunde constet, separatio optimè fieri potest,  
*arg. d. §. 27. & seq. J. eod. Zas. ad d. l. 1. §. 12. Castrens. 1. consil.*  
*315. n. 2. Dn. Casp. Klock. 3. conf. 120. n. 6. Magnif. Dn. Ordina-*  
*rius in not. ad Scotan, b. Tusch. concl. 185. lit. S. Mejer. in Coll.*

E

Arg.

*Arg. hic. θ. 3.* cum enim earum conditio, bonitas & valor consistat in functione per mensuram, pondus & numerum, *pr. Inst. quib. mod. re contrab. oblig. l. 2. §. 1. ff. de R. C.* utiq; sciri potest, quid & quale ad hereditatem pertineat, vel æstimatione saltem per iudicem factâ, Richter. *de P. C. l. n. 161.* Prædia autem, mancipia, pecora & similia quia non facillè confunduntur, *d. l. 1. §. 12. ff. h. t.* in iis separatio facillè impetrabitur, post Rosfred. Joh. Andreas *in not. ad Speculat. 4. p. 2. tit. de eo qui mitt. in poss. lit. E. Hahn ad Wesenb. hic. n. 4. Næv. in syst. jur. h. Mejer. in Coll. Arg. b. θ. 3.* nisi alluvio adjecerit partem fundi alii fundo, *gl. ad d. §. 12. §. præterea 20. Inst. de A. R. D.* vel si remotis terminis & sulcis ex multis prædiis fieret unum prædium, prout exemplum ponit in Cœmeterio Friburgico Brisgovix patriæ suæ Zas. *ad d. l. 1. §. 12. ff. h. t.*

## TH. LII.

*Separatio- ni an quin quennio præscribitur?* IV. Si multum temporis effluxerit, *l. 1. §. 13. pr. ff. h. t.* quod declaratur per elapsum quinquennium *in d. §. 13.* ubi Bart. & Zas. Castrens. *consil. 116.* Azo *in rubr. C. de bon. aut jud. poss. Cujac. in parat. b. Oldendorp. progymn. act. 5. cl. 15.* prout etiam multum tempus sumitur *in §. multum. Inst. de liter. obl. Gl. in d. l. 1. §. 13. ff. h. t.* Et longum tempus sive silentium in *l. 3.* ubi Godofr. C. *si major fact. alien. fact. sin. decr. rat. hab.* Quinquennium hoc quomodo & aliàs pro multo tempore reputetur, explicat Menoch *de A. J. Q. 2. cas. 5. n. 9.* cujus præscriptionis Octodecim species quoq; recensentur à Cujacio *in tract. de divers. tempor. præscript. c. 24.* Currit autem hoc quinquennium non à die mortis, cum incertum sit, an aliquis heres sit extiturus, Bach. *ad Treutl. 2. disp. 24. θ. 5. H.* sed à die acquisitionis vel aditæ hereditatis, *l. 1. §. 13. ff. h. t.* Cujac. *in Salv. Julian. lib. 46.* præsumitur enim heres hereditati tacitè tum renunciasse, exemplo ejus, qui cum per tantum tempus tacuit, possessione suâ cecidisse creditus fuit, renunciatione possessionis tacitâ sed & oblivionis hinc obortâ, post Angel. *in l. peregrè. ff. de A. P. Zas. ad d. l. 1. §. 13. ff. h. t.* Barch. Socin. *2. consil. 269. n. 5. Klock. 3. cons. 120. n. 5.*

TH. LIII.

## TH. LIII.

Non remoramur hęc dissentientes Casp. Anton. Tessauro. 3. *quest. forens.* 55. n. 5. & Don Franc. de Salgado 1. *Labyr. cred.* 9. textum *d. l. 1. §. 13.* de herede ejusvė creditoribus, non defuncti sive hereditariis intelligentes, eo quod durum sit taxare tempus sui juris & aliquem privare jure sine facto suo. Verissimė tamen, utut duriusculė scriptum, censebit quisquis ratione juris convictus *in d. l. 1. §. 13.* quę ut generaliter loquitur, ita & generaliter intelligenda, juxta *l. 1. §. 1. ff. de legat. prest. l. ult. C. de dot. promiss.* & ubi lex non distingvit, nec nostrum est distingvere, *l. de pretio. 8.* ubi Bart. *ff. de publ. in rem act.* tempore hęc non in favorem heredis, lucrum capeffentis vel damnum facto suo atrahentis, sed ejusdem creditorum in summo per multum tempus versantium periculo, & ne perpetuò lædantur, introducto, Matth. Wesenb. 4. *cons. 154. n. 18.* Doctrinam autem Tessauri & Salgado admittimus, tempusvė quinquennii non currere putamus, si lis pendet contra heredem, eaq; nondum finitã. Qui enim judicium dictavit heredi, adhuc integra illi est separatio, juxta *θ. XLIX.* nec lite nondum discussã sciri potest, petenda an sit separatio nec ne; Moti insuper argumento investiturę, quę licet debeat peti intra annum, non tamen currit illud tempus, cum res sit adhuc illiquida, legitimã scil. ætate à vasallo nondum impletã, *tit. 24. 40. & tit. 55. vers. præterea si quis. lib. 2. F. F.* Dn. Carpz. *Disp. feud. 6. θ. 39. & seq.*

## TH. LIV.

Curfus autem quinquennii an sistatur tempore belli & pestis, ita ut cessantibus his obstaculis adhuc peti possit separatio, *An etiam tempore non incommodè forsan quæritur? quod affirmandum non dubitamus, moti Regula juris vulgatã: Non valenti agere non currere præscriptionem, l. 1. C. de annal. præscript. l. 34. §. ult. & l. 35. ff. de S. R. P. Zach. Beichling in Statera silentii bellici per tot. pestis & belli?* Tempore autem ejusmodi ærumnoso quis valuit agere? Lege necessitatis semper obstante, quam subintrant bellum, fames & pestis, tanquam pœnæ capitales & principales à Jehova, Regi Davidi *2. Reg. 24. vers. 13. & 1. Paralip. 22. vers. 22.* nec non



ab ejus Propheta Jeremia populo Israëlitico proposita *cap. 14. vers. 12. & cap. seq. vers. 2. & seqq.* Neq; hac in parte nos deserunt jura Cæsarea & Pontificia, nec non autoritates magni nominis Jctorum, quas adducit pulchrèq; suo more deducit elogiis meis major Dn. Carpz. 2. *Decis. illust. 116. per tot.* Facit ad hoc *Recessus Imperii novissimus Ratisbon. de 17. Maji Anno 1654. vers.* So viel nun die *Capitalia* anlanget. ibi: Sollen dieselbe einem jeden *Creditori* unverfehrt und ohne einige abkürzung richtig verbleiben/ und hierwieder keine *prescription* oder Verjährung wegen der bey wehrenden Kriege unterlassenen forderung der Zinsen oder *Capitalen* angezogen werden noch gelten. Qui licet de mutuo saltem disponat, ex rationis tamen identitate ad alia capita optumè extendi posse remur, prout in casu non absimili Dn. Jcti Jennes non ita pridem responderunt.

### TH. LV.

Hoc tamen cum grano salis & ita acceptum volumus, ne tempus quinquennii è re nata incipiatur vel ab initio numeretur, sed ut anteriora tempora, cœptæ scil. hostilitatis vel pestis cum reliquis vel finiti contagii & belli connumerentur, mediò saltem tempore hoc juris habente, quo durante non planè tollitur, sed saltem vi quadam impedita requiescere & dormire dicitur *prescriptio*, ne plus reponat restitutio quàm abstulit læsio, *l. 24. §. 4. ff. de minor. l. 2. C. quib. non objic. long. temp. prescr.* Dn. Carpz. *d. decis. 116. n. 24. & seq.* Jam si tempora illa, demptò intermediò, quinquennium absolvant, Separationis spem superesse nullam meritò statuimus, *arg. l. 26. §. 8. ff. ex quib. caus. major.* Coler. *in cap. ex transmissa. n. 13. X. de prescript.* Periculo tamen cursus quinquennalis planè non subest, jure hypothecæ qui gaudet in bonis defuncti, sed ad 40. annos illo utitur, *l. 7. C. de prescr. 30. vel 40. annor.* ubi Pacius *in analys. n. 10.* Hahn *in obser. theor. pract. lib. 42. tit. 6. n. 4.* Schotan. *in exam. jur. 6. tit. 7.* res enim transit cum suo onere, quod fundum instar umbræ corpus suum sequitur, prout diximus *suprà* *th. XVI.*

### TH. LVI.

TH. LVI

Sicut autem juriscripto observantiâ contrariâ derogari, *In Electo-*  
 illudq; ab hac sæpiusculè corrigi ubivis obvium est, arte quasi *ratu Bran-*  
 chymicâ nigrum in album convertente, prout loquitur ex *deb. quid*  
*Knichen de pact. vestit. 2. c. 4. n. 203.* Jerem. Reusner. *Disp. 2. de juris hoc*  
*feud. 6. 73.* Ita & hac in parte, quinquennium hoc ubiq; non ob- *in præscri-*  
 tinere, sed in desuetudinem nonnullis in locis abiisse probat Dn. *ptionis pas-*  
 Hahn. *in dict. Observationibus ad b. tit. n. 4.* & Dn. Richter. *de P. C. 1. su?*  
*n. 176.* exemplo Marchæ hujus Brandenburgicæ, de cujus obser-  
 vantia Illustre Judicium Camerale tale exhibuit attestatum:  
 Wie nun in diesem Churfürstlichen Cammer-Gericht das *jus sepa-*  
*rationis* in beständiger hergebrachter *observanz* ist/ und zwar unge-  
 acht / wann gleich das nach gemeinen Känserlichen Rechten gesetzte  
*quinquennium* längst verflossen / in allen Urtheilen auch bißhero  
 annoch gesprochen und erkandt worden/ Also haben wir Ambswe-  
 gen dieses *Attestatum* mit dem Churfürstlichen Cammer-Gerichts  
*Secret authorisiret*, darüber ertheilen wollen. Gegeben zu Cölln an  
 der Spren den 12. Septembr. Anno 1650.

TH. LVII.

Coeterùm an jus petendæ Separationis bonorum in passi- *Quid in*  
 bus admisibilibus huic quinquennio in foro etiam Saxonico *foro obti-*  
 includatur, undiquaq; expeditum non est. Cùm enim hóc ju- *neat Saxo-*  
 re duo tantùm dentur Præscriptionis genera: Annalis scil. cum *nico?*  
 6. septimanis in mobilibus; Et Tricennalis in immobilibus, cum  
 adjectione unius anni & 6. septimanarum, *Landr. lib. 1. art. 28. &*  
*29.* negativè nonnemo respondendum autumaret, Sed distin-  
 guimus inter Præscriptiones regulares sive decretivas, cujusmo-  
 di, ut dictum, duo in foro hóc saltem dantur genera; & Permis-  
 sivas, quæ relinqvuntur dispositioni juris communis, v. gr. præ-  
 scriptio delictorum, querelæ inofficiosi, adulterii, doli, vindi-  
 candorum bonorum minoris &c. Adeoq; & de jure Sax. Sepa-  
 rationi quinquennio præscribi putamus cum Nobiliss. Dn.  
 Carpz. 4. Resp. 18. n. 11, & seq. etiamsi ex capite ignorantie quis  
 E 3 se

se tueri præsumeret, restitutione ipsi denegatâ in *Constit. Elect. 9. part. 2. Wesenb. 4. Consil. 154. n. 20* Sufficit itaq; legem civilem ita esse scriptam, eiq; non expresse derogatum jure Sax. Quæ autem non inveniuntur correctâ, juris communis dispositioni relinquuntur, *Octav. Cacheran. cons. 20. n. 15. Hartm. Pistor. 1. quest. 32. n. 8.* Verissimum hinc prodiit pronunciatum Dn. Scabinorum Lipsiensium *M. Aprili Anno 1638.* Daß des Vaters glaubiger / wann es bey seinem Sohne zum *Concurso creditorum* kömmt / nach verfließung 1. Jahre von Zeit der angetretenen Erbschafft / auch nach Sachsen Recht *Separationem bonorum* ferner nicht suchen können / sondern sie werden *exceptione prescriptionis* von des Sohnes glaubigern billich abgewiesen / *W. R. W. referente. Dn. Carpz. d. resp. 18. n. 23.*

## TH. LIIX.

Sed aliud nobis injicitur dubium ex alio Juris Saxonici capite. Quòd etsi heres jure civili aditâ hereditate nec confectò desuper Inventariò residuum supplere & creditoribus de suo satisfacere obstrictus sit, *l. fin. §. 4. & 5. C. de jure delib. Auth. sed cum. C. ad L. Falcid. Ant. Faber in Cod. 4. tit. 23. def. 9. n. 8.* In foro tamen Saxon. ultra vires hereditarias, etiam non confectò Inventariò creditoribus defuncti heres non tenetur, sed edendo specificationem juratam, reddendo rationes, restituendoq; fructus interim perceptos liberatur, illamq; tempore quovis repudiare potest, *Land R. lib. 1. art. 6. Matth. Coler. de P. E. 1. cap. 10. n. 327. Andr. Rauchb. 1. quest. 29. n. 16.* quod & hodie non aliter se habet, teste omni exceptione majore Dn. Carpz. in *Jurispr. for. 3. Const. Elect. 14. def. 31. Respons. jur. Elect. 73. lib. 6. nec non Decis. illustr. 1. decis. 25.* A quibus alienus non est sæpe allegatus Jctus Hispanus, vocans exceptionem hanc modificatam, eo quod etiam post rem judicatam, qua heres ad solvendum est condemnatus, bona hereditaria abdicando, cedendo & ad beneficium Inventarii (cujus vices apud Sax. sæpiusculè obtinet dicta jurata specificatio) recurrendo, audiri debeat, post  
Barr.



Bart. in l. 17. §. ult. ff. sol. matr. In Labyrinth. creditor, 3. c. 1. n. 56.  
& 87.

## TH. LIX.

Prodiit hinc ex celeberrima Facultate Juridica Wittebergenfi  
M. Augusto 1641. Responsum juribus & rationibus suffultum,  
quod ut satis notabile apponere lubet: Ob nun wol in gemei-  
nen beschriebenen Rechten nicht zugelassen / daß der Jenige / so einer  
Erbshafft sich einmahl angemasset / und selbige / bevorab ohn eini-  
ges *Inventarium* angetreten / solcher sich wieder / begeben könne / son-  
dern denen *Creditoribus* & *Legatariis* vollkömliche Zahlung auch  
von dem seinen zu thun verbunden. Dennoch aber und weil Land-  
üblichen Sächß. Rechten nach dergleichen *Obligation* zwischen de-  
nen Erben und glaubigern nicht vorgehet / sondern der Erbe mehr  
nicht als weit die empfangene Erbshafft sich erstrecket / zu zahlen  
schuldig / dahero denen glaubigern nichts abgeheth / ob sie die Zahlung  
aus der Erbshafft / so weit sie zureichet / von dem *herede*, oder ei-  
nem andern empfangen. So ist des *Instituirten* Erbens Schwester  
Tochter sich der Väterlichen verlassenschafft zubegeben und die em-  
pfangene übermasse nach abzug der von ihr bezahlten Schulden und  
*legaten* vermittels eines beständigen *Inventarii* oder *Endlichen speci-*  
*fication* abzutreten wol befugt. Sie ist aber nichts desto minder  
ihrer *administration* halber Rede und Antwort zugeben / auch ge-  
bührliche Rechnung zuthun / auch do denen *Creditorum* wegen bestel-  
lung eines *Curatoris bonorum* und seiner besoldung Schaden und  
Abgang zu wachsen würde / denselben zu ersetzen / oder solche Ver-  
richtung selbst zu *continuiren* schuldig. *B. R. W.* apud *Dn. Carpz.*  
*Resp. 73. n. 39.* Ad eundem modum respondebant *Dnn. Scabini Lip-*  
*sienfes* ad interrogata *Christoff Hirschens* Eheweibes zu *Eülenburg*  
M. Febr. Anno 1656. et si per annos plures aedes paternas pos-  
sederat, nonnulla alienando consumserat, & quod plus erat,  
*Chirographum patris* recognoverat, perq; decretum, quod vi-  
res *judicati* adeptum, ad *exsolutionem* illius nominis jamdum  
condemnata erat.

TH. LX.

TH. LIX.

Putare hinc quis posset, hoc si licet heredi etiam post exactos annos plures, cui aliàs minus licet, utiq; cum creditore hereditario non adeò rigorosè agendum, nec spatio huic quinquennali ipsum includendum esse, sed jus separationis, quod in ejus favorem, in odium autem heredis, est introductum, quovis tempore ipsi concedendum, vel solà relativorum naturà hoc svadente, *Noll. 123. cap. 2. §. 1. Quir. Cubach. 16. brocad. 12. ne deterioris conditionis sit ac ille, qui periculo hereditatis damnosæ se non modò exposuit, sed & facili negotio re etiam amplius non integrâ cluctatus est; quemadmodum & hic heres suis creditoribus dupliciter prospicere valet, hereditatem vel repudiando, ut extraneus, vel abstinendo ut suus, l. 4. & l. 18. ff. de A. vel O. H. Sichard. ad Rubr. C. de repud. vel abst. her. Dn. Richt. de P. C. 1. n. 103. vel beneficio Inventarii confusionem bonorum evitando, l. fin. §. 9. C. de jure delib. Hillig. ad Donell. 23. c. 16. D. qui cum ipso contraxerunt, hereditarii verò forte fortunà sineq; culpa & facto suo in ipsum inciderunt, l. 1. §. 1. & seqq. ff. h. t. Ant. Matth. de auctiom. 1. c. 20. n. 21. Sed quicquid horum sit, sufficit dispositioni juris communis, prout ð. LVII. diximus, hoc separationis petendæ spatium esse relictum, nec eidem expressè derogatum. Quod igitur correctum non est, cur stare prohiberetur? l. 28. ff. ex quib. caus. major. Tabor. in axiom. Barbos, verb. Correctio.*

TH. LX.

*Inventarium an habeat effectum Separationis?*

Si tamen heres adiens hereditatem Inventarium legitimè confecit, dubium illud cessat, nec ullo excluditur tempore creditor hereditarius Separationis jure. Inventarium siquidem, germanicè ein Fundbuch/ Besold. in thesaur. pract. lit. 7. (quod est scriptura quædam publica, continens omnium etiam rerum minimarum descriptionem, quæ reperiuntur in hereditate defuncti non solùm tempore mortis, sed etiam fructus & accessiones, quæ post ejus mortem ex hereditate jacente per

te perceptæ sunt, *can. charitatem. & can. sicubi. 12. quest. 2. & 3.*  
 Sichard, *ad l. ult. n. 6. C. de jure delib. Donell. 7. comm. jur. civ.*  
*c. 3. n. 40.*) jurium & bonorum impedit confusionem, *l. fin. §.*  
*9. C. de jur. delib. Surd. decis. 310. n. 15. Hillig. ad Donell. 23. c. 16.*  
*lit. D.* ita ut bona defuncti & heredis maneat diversa, Phanuc.  
 de Phanuciis *de Inventar. part. 5. n. 13. & seq.* hereditasq; loco u-  
 nius & heres loco alterius personæ, adeoq; bona separata & di-  
 stincta habeantur, Ant. de Amat. *2. Var. resol. 56. n. 5. & 6.* he-  
 reditate pro jacente & nunquam adita reputatâ, Franc. Porcell.  
*de confect. Invent. quest. 7. c. 4. n. 7. Rol. à Valle de Inventar. §.*  
*decima est utilitas. n. 2. & 3.* Hinc heres planè indemnis servatur,  
 & quasi nunquam adivisset, fingitur, *d. l. fin. §. 10. C. de jure de-*  
*lib.* ubi Jason, Alex. & alii Dd. Et quod consequens est, oneri-  
 bus hereditariis non implicatur, nec ultra vires hereditatis tene-  
 tur, *d. l. §. 4.* ubi Perez. *SandR. lib. 1. art. 6.* impunè illam repu-  
 diando & creditoribus lacerandam tradendo, Monticul. *ad d.*  
*l. §. 13. eod.* neq; casum fortuitum interim præstando, Sichard.  
*in d. l. fin. §. 4. C. de jure delib. Dn. Carpz. 2. decis. illustr. 26. per*  
*tot. binis Responsis hoc muniens.*

## TH. LXII.

Qui Inventarii effectus ut sunt notabiles & heredem non  
 modicè beant; Ita respectu Creditorum hereditariorum datur  
 alius illisq; admodum proficiuus, ita ut neq; separationem pete-  
 re, nec lapsum quinquennii metuere habeant. Etsi enim non  
 desint posteriorem hunc effectum quidem largientes, separatio-  
 nem tamen nihilominus petendam autument, ratione hac solâ,  
 non tamen solidâ moti, quòd uterq; titulus *ff. & C. de separat.*  
 loquatur conditionaliter: *Si separatio postuletur*, quos inter  
 agmen ducit Don Franc. Salgado de Somoza *1. Labyr. cred. 9.*  
*n. 27. & l. 2. c. 14. n. 5. & seqq.* Sed concedimus hoc in jure Se-  
 parationis propriè & κατ' ἐξοχήν sic dictæ, ubi scil. bonorum  
 confusio per aditam hereditatem contingit, quo de conceptus est  
 uterq; titulus. In casu autem confecti Inventarii rem aliter se  
 habere, & confusione bonorū non datâ (quæ evitata est per Inven-  
 tationem, prout innuimus *θ. preced.*) cessare separationem, utpo-

F

te ra-



re ratione illius petendæ cessante, quamvis & concedamus, hanc speciem separationis esse impropriam vel alteri saltem cognatam, prout unanimiter *ad tit. de separat.* Dd. & Comment. statuunt. Non tamen illa, ut nonnulli putarunt, planè est inutilis, vel abrogata; Cum enim ex Constit. Justiniani *in l. fin. C. de jure delib.* heredi integrum est, vel cum beneficio Inventarii vel sine illo purè ac simpliciter hereditatem adire, adeoq; Inventarium omittere, quo in casu heres omnibus etiam de suo tenetur creditoribus, *d. l. fin. §. 4. & 5. C. eod. Anth. sed cum C. ad L. Falcid.* utiq; in casu contingentis confusionis Prætor pro concedenda separatione adhuc hodie rectè imploratur, *l. 1. §. t. ff. de separ.*

### TH. LXIII.

Habet ergò Inventarium effectum Separationis, confusionem bonorum aliàs præsupponentis, Tulden. *in Cod. 7. tit. 72. n. 7.* Schotan. *in exam. jur. b. t.* ubi Magnif. Dn. D. Brunnemannus *in notis.* idemq; operatur ac petita bonorum separatio, *arg. l. fin. §. 9. C. jure delib.* Hier. Magon. *decis. Florent. 59.* Vincent. de Franch. *decis. 240. & 272. p. 2.* Johan. Bapt. Costa *de quot. & rat. q. 105. n. 6.* Inventario itaq; confecto bona defuncti & heredis ita sunt separata, ut creditoribus hereditariis ex bonis defuncti, & creditoribus heredis ex bonis ejusdem solutio sit præstanda, prout ad præjudicia plura, præprimis *in concursu creditorum* deder von Bredau *de M. Jun. 1649.* se refert Dn. Richter. *de P. C. 1. n. 100.* Creditoribus heredis in foro Sax. jam insurgentibus & excipientibus contra hereditarios, præscriptionem quinquennalè objiciendo, in promptu his erit responsio: Per confectionem Inventarii vel consuetudinem Juris Saxonici ipso jure se esse munitos, & cum jure communi & facto heredis sint tuti, ad remedium rescissorium convolare opus non habuisse.


### TH. LXIV.

*Separatio an concedenda in bonis unius ejusdemque debitoris?*

De affinibus Separationis nonnihil addere restat. Veluti si Clericus vel alius in dignitate constitutus, postquam ad beneficium vel officium aspiravit, alios contraxit creditores, hi cum prioribus non sunt confundendi, sed potiores in fructibus beneficii vel officii habendi, ad exemplum creditorum castrensiùm, de quibus quæ supra *§. XXVI.* Ludov. Roman. *singul. 87. per 108.* Matth. Berlich.

Berlich. 1. *Concl.* 71. n. 6. Vel si quis propriam habeat negotiationem, & alterius nomine administret, aut societati intersit, Tusch. *pract. Concl.* 296. n. 24. lit. S. Magon. *decis. Lucens.* 1. n. 26. Salgado 1. *Labyr. cred.* 9. n. 48. & seqq. Item si unus idemq; debitor vel diversas negotiationes exercet, vel unam quidem, sed pluribus stationibus & tabernis expositam, tum creditores unius negotiationis vel stationis præferuntur creditoribus alterius negotiationis vel tabernæ in mercibus ejus tabernæ, ubi contraxerunt, ne ex alterius re mercevé alii indemnes fiant, alii damnum sentiant, prout loquitur Ulpianus in l. 5. §. 15. & 16. ff. de *tribut. action.* ubi Angel. & Paul. Castrens. qui textus etsi de servo loquatur, ex rationis tamen identitate ad liberos quoq; homines hodie rectè extenditur, Decian. 2. *consil.* 109. n. 29. & seqq. Franc. Card. Mantica *de tac. & amb. Convent.* 11. tit. 23. n. 32. Benev. Stracch. *de decoct. part. ult.* n. 33. Mæv. *ad jus Lubec.* 3. tom. 1. §. 10. n. 56. Mercatores siquidem in contrahendo magis quodammodo mercium, quàm mercatoris fidem sunt secuti, cum plus cautionis sit in re quàm in persona, l. 25. & l. 204. ff. de *R. J.* Ant. Matth. *de aucton.* 1. c. 20. n. 23. qui tamen in Gallia & Hollandia idem non obtinere, sed æs alienum totius patrimonii onus esse *ibid.* testatur post Mornac. *ad d. l. 5. ff. de tribut. act.*  
Tantum!

Δόξα Μεγίστη Τεσσαγία.



## SYLLABUS QUÆSTIONUM

Hac Disputatione contentarum.

<i>Separatio quando petenda, &amp; quando o-</i>	<i>An creditoris hereditarii beres &amp; here-</i>
<i>mittenda?</i>	<i>dis beres?</i>
th. 5.	th. 13.
<i>A quonam petenda?</i>	<i>An etiã hoc beneficium nõ quærens?</i>
th. 6.	th. 14.
<i>Quomodo petenda?</i>	<i>Hypothecarius defuncti an opus habeat</i>
th. 7. & 8.	<i>hoc beneficium?</i>
<i>Formula petenda Separationis &amp; Decre-</i>	th. 15.
<i>ti interponendi.</i>	<i>Hypothecarius defuncti an potior hyp.</i>
th. 9.	<i>beredis?</i>
<i>Separationis objectum.</i>	th. 16.
th. 10.	<i>Chirographarius defuncti an potior hyp.</i>
<i>Separatio an obtineat in feudis?</i>	<i>beredis?</i>
th. 11.	th. 17. & 18.
<i>Beneficio Sep. an gaudeat Creditor here-</i>	<i>In Marchia quid obtineat?</i>
<i>ditarius?</i>	th. 19.
th. 12.	Jm

- Jus pignoratitium heredis quando reviviscat?* th. ead.
- Chirographarius defuncti an etiam potior hypothecario heredis in bonis feudalibus?* th. 20.
- In Electoratu Brandeb. quid hoc in passu obtineat?* th. 21.
- Heres partialis an gaudeat beneficio separationis?* th. 22.
- Liberi an habeant hoc jus in bonis parentis ratione Legitima?* th. 23.
- An bona patris & filii impuberis à bonis substituti possint separari?* th. 24.
- Separatio an concedatur in successione pluribus?* th. ead.
- Creditor patris substituentis an possit convenire substitutum?* th. 25.
- Creditor castrensis an possit petere Separationem bonorum filii sui. Castrensum à paganis?* th. 26.
- Creditor conditionatus an gaudeat hoc beneficio?* th. 27.
- An Legatarius?* th. 28. & 29.
- An Fideicommissarius?* th. 30.
- An creditor ex delicto?* th. 31.
- Heredi si quid obvenerit intuitu bonorum Sep. an creditores defuncti ad illud admittendi?* th. 32.
- Hereditarii an facta Sep. ratione residui cum cred. heredis concurrere possint?* th. 33.
- Erranti, decepto, vel Minori post Separationem an succurrendum?* th. 34.
- An creditor possit petere Separationem bonorum fidejussoris debitori suo succedentis* th. 35.
- An creditori ratione residui tum pateat regressus ad bona debitoris principalis?* th. 36.
- An heredi competat beneficiū Sep.?* th. 37.
- An heres vel saltem habeat beneficium Competentia?* th. 38.
- An heredi fiduciario & Patrono beneficium Sep. competat?* th. 39.
- An servo necessario cum libertate instituto?* th. 40.
- An creditoribus heredis?* th. 41. & 42.
- An cred. heredis fiduciarii?* th. 43.
- Contra quem hoc beneficium petatur: Et an contra fiscum & Municipiū?* th. 44.
- Creditoribus heredis quid juris post factam Separationem?* th. 45.
- Novatione cum herede facta an impediat Separatio?* th. 46. & 47.
- An usurarum, pignoris, vel fidejussoris acceptatione?* th. 48.
- An judicii dictatione* th. 49.
- Quid si bona debitoris titulo singulari ad heredem pervenerint?* th. 50.
- Quid si bona commixta & confusa?* th. 51.
- Separationi an quinquennio praescribatur?* th. 52. & 53.
- An tempore pestis & belli?* th. 54. & 55.
- In Electoratu Brandeb. quid juris ratione praescriptionis?* th. 56.
- In foro quid obtineat Sax.* th. 57. 58. 59. & 60.
- Inventarium an habeat effectum Sep.* th. 61. & 63.
- An nihilominus tum petenda Separatio* th. 62.
- Separatio an concedenda in Bonis unius ejusdēq. debitoris, diversas negotiationes vel tabernas habentis?* th. 64.

00 A 6362


ULB Halle  
002 928 507

3




1017







ARAT  
uro d  
Lice  
in A  
inito  
m o  
ntisf  
Dom  
lenn  
tate  
ium  
niæ  
& a  
sen  
i &  
nme  
id q  
stu  
ta n  
o ha  
isfi  
orer  
nq;  
a v  
D  
nt,  
Ju



16

Deo Moderante Triuno.  
DISPUTATIO INAUGURALIS  
DE  
**SEPARATIONE  
BONORUM**

*Ex Tit. ff. de Separ. bon. L. 5. ff. de tribut. act. L. 2. C. de bon.  
autor. jud. possid. L. fin. C. de jure delib. Can. charitatem 12. quest. 2.  
& cap. qui potior. de R. J. in 6.*

Quam  
Autoritate Venerandi Jctorum Ordinis  
in Electorali Viadrinâ

&  
Patrocinio

*Viri Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi & Excellentissimi*  
**DN. JOACHIMI DECHERI,**  
Jcti celeberrimi, Cod. Justin. Professoris Publ. & prælau-  
data Facultatis juridicæ p. t. Decani spectatissimi, Patroni & Præ-  
ceptoris sui nullo non tempore suspiciendi

*Pro summis, in utroq; Jure capeffendis bonoribus  
ac Privilegiis Doctoralibus*

Publicæ censuræ exponit

**DAVID MÜLLER/**  
Wihâ-Thuringus

Ad d. XVII. Junij in Auditorio Juridico  
horis ante- & pomeridianis.

---

Typis JOHANNIS ERNESTI, Acad. Typogr.  
Anno clc lcc LIIIX.

